¶ Quintusdecimus est in eo cuius cause ad 15 non eundum sunt iuste. f. qui habet impedimentum canonum. i. legitimum. vt in.c.q̃ de his. eo. titu. Quando vero impedimẽtũ sit canonicum vel legitimum dico q̃ dupliciter hoc intelligitur: primo vt dicatur legitimum. i. a lege expressum ꝓm quez intellectum casus iste cum aliis in numerũ non ponit sed omnes complecitur: secundo vt dicatur legitimum. i. legi consonum vel a lege tollerandum: quod tunc esse dico quãdo arbitrio boni viri est equale vel maius aliquo expresso in lege: ⁊ sic iste casus complecitur multos ⁊ rationabiliter: qꝛ eadẽ causa habet eundem effectum ex. ij. phy. ⁊ vbi est eadem ratio ibi idem ius. vt. l. illud ff. ad. l. aquil. ⁊. l. a riclo. ff. de verb. oblig. l. his solis. C. de reno. do. Et si quidã dicunt dominos magne potentie ⁊ delicatos esse privilegiatos: non solum ratione teneritudinis ⁊ delicositatis. sed etiam qꝛ suas terras plerũq̃ deserere non possunt: in quo tñ papa esset consulendus nisi periculum eẽt in mora. Sic etiam dir. dicit q̃ tertiana vel quartana detentus: aut etiam podagra vel huiusmodi ira q̃ ire non possit: absolui poterit ab eꝓ: ⁊ sic etiam aliqꝗ de timenibus dici pōt: sed in omnibus huiusmodi: stabitur arbitrio boni viri. ar. de of. del. de cãõ.

¶ Sextusdecimus est in eo qui leviter per 16
cussit. i. leuẽ intulit iniuriã. vt in.c.puenit. eo. ti. quẽ eꝓ absolnit iure suo vt dictũ est sicut ẽt ⁊ mulieres senes aevalitudinarios vt dicit panor. in.c.puenit. eo. ti. ⁊ tñ sunt p sone p: iuliegiate. Nec continet ista decretalis dispensationem vt dixerunt quidam sed ius commune.

¶ Decimusseptimus est in debili. i. mẽbris 17
destituto. ita quod apostolicam sedem adire non potest. vt in.c.ea noscitur. eo. tit. vbi dicit panor. quod membris destituti dicuntur hic ceci: claudi: ⁊ alij multiphariie impediti membris.

¶ Scilẽdũ est. iij. q̃ ꝓdictoꝛ quidã hꝫt impedimentum se curie ꝓsentandi ppetuum 18
vt mulieres inquãtũ mulieres ⁊ senes ⁊ valitudinarij ⁊ destituti membris. ⁊ aliquomodo delicios: quidam vero hꝫt ipedimẽtum tpale: vt existentes in piculo mortis.

⁊ habentes inimicitias capitales. et egri. ⁊ inopes. ⁊ pueri. vt patet in.d.c.ꝫnis: quidam vero nullum habent impedimentum ꝫtum est ex defectu vel conditione personali. vt hostiarius ⁊ officialis turbã coherens ⁊ regulares ac fratres. f. Jo. hieroso limitani. ⁊ clerici cõter viuentes. ⁊ serui ac filijfamilias. ⁊ leuiter percutiens. ⁊ alii quando is cuius cause iuste sunt. Omnes igitur isti dicuntur persone priuilegiate. f. excepte ab illa regula qua pape reseruatur absolutio percussoris clerici: sed quidã sunt priuilegiati ex causa se tenẽte ex parte priuilegiati. vt omnes preter leuiter percutientem. qui est priuilegiatus. rõne modicitatis excessus. Omnes igiẽ homines christiani sunt priuilegiati vt absolui possint citra sedem apostolicam ab hac sentẽtia pro iniuria leui. f. ꝓm doctores cõter. et ꝓz in.c.peruenit eo. ti. Quidam vero etiam pro mediocri. vt oẽs predicti. ꝓm Jo. and. ⁊ Panor. sed excipiendus videtur leuiter percutiens. qui si fortiter percusserit inserẽs iniuriam mediocrẽ non absolnetur ab episcopo: quia cessat ratio sui priuilegij: alioquin omnis christianus absolui posset ab eo pro iniuria mediocri. cum nullus sit inferens iniuriam levem qui non possit inferre mediocrem. Nisi forte dicatur q̃ leviter percutiẽs absolutur ab episcopo pro iniuria mediocri: modo percussio sit levis sed iste intellectus nõ procedit: quia quod in versu dr̃. levis ictus. in textu dicitur levis iniuria: ⁊ consequenter esse non potest iniuria mediocris. ⁊ percussio priuilegiati sunt ẽt tali levis. Quidam vero priuilegiati sunt ẽt pro enormi sive graui ⁊ atroci. vt oẽs habentes perpetuum impedimentum: quod probatur. extra de senten. excom. p. c. mulieres. ⁊ per. c. ea noscitur: ⁊ per. c. quod de his. que loquuntur sudistincte: ita circa alios horum sint dubia que patebunt: qꝫ quod etiaꝫ patet ratione: qꝛ cũ tales nũqꝫ possint adire pontificem: semper carerent possibilitate redeundi ad ouile. Et similiter oẽs habentes ipedimentum tpale: vt patet in.d.c. quod de his. ⁊. c. ꝫnis: sed iugendum est eis vt cessante impedimento. sedi apostolice se presentent. vt ꝓz ibidem. Qui vero nullum habent impedimẽtum absolui nõ possunt nisi pro iniuria mediocri: quia in litis iura excipiunt iniuriã eno: mẽ ꝓterq̃ in monialibus. qui ramen habent perpetuum impedimentum dupliciter. ⁊ in quantũ mulieres: ⁊ in quantum monales ꝓterq̃ ẽt in seruis de quibus est dubiũ qꝫ patebit. Quidã etiam sunt priuilegiati quantum ad hoc. q̃ eis non imponat sub iuramento vt sedi apostolice se ꝓsentent cessante legitimo ipedimẽto: vt ꝓz primo in absolutis pro iniuria leui: quia tales episcopus absolut iure suo idest non vt tenens personaꝫ alterius habentis dare mãdata: sive iure suo. f. absolutione perfecta ⁊ completa sine relatione ad alium: ⁊ secundo in habentibus perpetuum impedimẽtum: quia in talibus ista iniunctio esset vana ⁊ ridiculosa: dicit tamen glo. in c. ea noscitur. q̃ valitudinarij apostolicaꝫ sedem visitabunt si conualescãt: sed hoc intelligo in dubio an valitudo sit valitudo vel morbus. quia si certum est q̃ sit valitudo. pura quia est diruptus enormiter ⁊ incurabiliter. absolnetur absolute nec eidem ponitur presentatio. vnde si miraculose liberetur post absolutionem non tenebitur. Quidam vero quantum ad hoc carẽt priuilegio. vt oẽs habentes ipedimentũ temporale: vt in.d.c.ꝫnis qꝫ tamen capitulũ excipit pueros. i. puberes non quin eis sit iponendũ q̃ se ꝓsentent cessante ipedimento. ſ̃ qꝛ excipiuntur a iuramento se ꝓsentãdi vt in.d.c.quãuis. quod intellige quando non sunt in etate iurandi de quo infra iuramenti. ij. ⁊. iij. Unde quando absolui petunt: si sunt puberes. vel talis discretionis q̃ secundum arbitrium episcopi competat eis iurare: iurabũt se presentare sub lato impedimento. ꝓm sum. confess. ⁊ archie. ⁊ pisa. Et per hoc tollitur repugnantia que in summa pisa. videtur in hoc titulo. inter ⁊ primum ⁊ vltimum: quia quando ibi dicitur in ⁊ primo. q̃ omnibus impeditis iniungendum est vt se presentent excepto puero. loquitur de iniunctione per iuramentum: quando adhuc est puer: quod patet ex iuribus ibi allegatis. scilicet. capitulo de cetero et. c. ea noscitur: quod de iuramento facium mentionem. Panor. tamen videtur sentire q̃ talis nunquã teneatur curiam adire habens in.c. puerio eod. titu. in summario et in notabili regulam q̃ beneficium semel indultum minori. ex quo cepit habere locum. non extinguitur per superuenientiam maioris etatis: quod quidem dictum procedit de beneficio absolutionis. quia scilicet talis absolui potest ab episcopo. etiaꝫ in etate maiori quilibet vel aliqua. non autem de beneficio iuramenti. vel triniorio. Qui ꝓo nullum habent impedimentuꝫ ex defectu vel conditione personali. ꝓm summaꝫ rosel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lam.non sunt mittendi quia hoc nullo iure cauetur:fm aliquos vero sunt mittendi:mihi autem videtur dicendum quod si ratio quare absoluuntur ab episcopo sit perpetua:non sunt mittendi: si vero est temporalis sunt mittendi ea cessante:q̃ semper stante causa stat effectus. ⁊ ea remota remouetur:vnde regulares.et dicti fratres sancti Joannis.⁊ clerici communiter viuentes. nunquam mittendi sunt: quia nunquam debet eis dari occasio vagandi que est ratio absolutiõis:similiter nec hostiarius aut officialis:quia absoluuntur ratione alicuius circunstantie factum aleuiantis que sunt fuisse officialem in porta. vel casualiter licet cum aliquali culpa deliquisse:que semper ⁊ perpetuo aleuiant.Filij vero familias mittuntur quia vt communiter cessat ius patrie potestatis nisi per accidens moriantur ante parentes.Et eadem est ratio de iuuenibus. Nec tamen eadem est ratio de ipubere secundum aliquos quia ideo absoluitur ab episcopo. quod peccatum fuerit in tenella etate commissum.quod ppetuum quodam est. Seruus autem mittendus est si redimere se potest aut aliter licite subtrahere a seruitute.aut si verissimile est quod aliquando manumittetur: quia tunc ratio sue absolutionis temporalitatem subindult:aliter vero non:quia habet perpetuum impedimentum. ⁊ si non ex sua persona tamen a sui domini voluntate.Quãdo ergo dicit hostien.vel sum.pisa. quod omnes predicti excepto puero impubere mittendi sunt ad curiam cessante impedimento: quia sile ablatiuus consequentie resolui non potest in causalem. resoluitur in condicionalem vel temporalem vt sit sensus.quando illud cessat:vel si illud cessat: quod locum non habet in perpetuo. Et per impedimentum intelligitur omne illud quod est ratio absolutionis ab episcopo:quia illud accessum ad curiam impedit:⁊ si non ex impotentia virium tamẽ ex iusto fine:vel impotentia iuris.

¶Circa predicta dubia multa consurgũt.

1.dub. ℙ Primo enim queritur vtrum inferior episcopo habeno quasi episcopalem auctoritatem possit absoluere predictos sicut episcopus.pro iniuria leui ⁊ mediocri: ⁊ dico quod non. fm communiorem opinionem nisi in casu:quia capitulum peruenit hoc episcopo committit et non archidiacono vel archipresbytero aut alicui qui sit episcopo inferior cum dicit fraternitati tue: quia inferiores episcopo non fratres sed filios. summus pontifex appel.vt in.c.ℭ graui.de crimine falsi.vnde ⁊ Panor.in.c. monachi. de sententia excommunicationis.dicit regulam esse.quod ab excommunicatione canonis non absoluit inferior episcopo.nisi in casibus iure concessis.qõ probatur in cle.prima de priuileg.et facit capitulum religioso . eodem titulo.libro sexto . Fallit tamen hoc primo in excommunicationibus nulli reseruatis a conditore canonis vt dictum est supra absolutio primo.et secundo.in habentibus auctoritatem episcopalem a papa.qui in foro penitentie absoluere possunt omnes sicut episcopus.nisi sententie essent ab homine: et tertio in prelatis quorumcunq̃ religiosorum quo ad eos subditos.sicut dictum est ℣secundo casu primo.In casu tamen simplex sacerdos absoluere potest habentes impedimentum perpetuum aut temporale.vel nullum secundum glos.in.c.de cetero de sententia excommunicatiõis scilicet in summa necessitate idest in casu mortis de quo supra absoluto primo.℣quinto ſ in impedimento extra articulum mortis episcopus est requirendus.vt notat Innocen.⁊ sequitur Ray.⁊ Panor.in.d.c.monachi.qui si ad eum iniittere non potest.absoluet ,prius sacerdos.quod ray.arguit ex.c.nuper in fi.eo.titu.Et hoc locum habet in omni legitimo impedimento sive ſ Ray.in omnibus supra enumeratis casibus ⁊ etiam in excommunicatione tam iuris ℣ hominis.vt in.c.eos.eod.titu.libro sexto . Similiter eos potest absoluere sacerdos simplex mandante episcopo.ℙ Secundo vtrum illi qui possunt ab huiusmodi sententia absoluere.absolutionem possint alteri committere:⁊ dico q̃ hanc committere possunt hij quibus conuenit ex officio ordinarie potestatis.fm glos.in.c.eis quibus.ge offi.ord.que subiungit q̃ huiusmodi sunt legati ex officio legationis.extra de offi.lega.q̃ translationem:⁊ hi quibus committitur ex priuilegio perpetuo ratione dignitatis.sicut archidiacono bononiensi quo ad excommunicatos in studio bononiensi commorantes.⁊ ibi delinquentes:⁊ episcopi in certis casibus vt dictum est:⁊ abbates extra de sen.excom.cum illorum.⁊ episcopi ac sacerdotes in mortis articu.xvij.q.iij.si quis.Et ideo omnes isti vices suas cõmittere possunt cuz viderint expedire.Et idem est de aliis excõicationibus.ſ.q̃ hi qui absoluere pñt iure ordinario vel delegato a principe.possunt alijs vices suas committere cum viderint expedire:dummodo delegatus habeat iurisdictionem.Si vero sit alicui commissum ex priuilegio speciali: quod possit ea leo absoluere committere non potest quia certum ministerium sibi committitur in hac parte:non autem iurisdictio.extra de offi.deleg.quoniam hec glo.Unde capitulum fi.de offi.delega.loquitur quando commissio fit ratione persone ⁊ non dignitatis.Est autẽ idem de quolibet religioso prelato:quod de abbate iudicium:tum quia quod de illo dicitur extenditur ad istum.vt supra dictũ est ℣secundo.casu primo:tum quia hoc priuilegium conceditur et ratione dignitatis et non persone. Unde infra delegatus.℣.viij.

3 ℙ Tertio vtrum absolutus cum mandato se presentandi possit si vacat apostolica sedes differre donec prouisus fuerit de pastore.⁊ dico secundum Panor.in capitulo.qõ de hijs.de senten.excommu.quod nõ:q̃ se de vacante semper est penitentiarij vices gerens summi pontificis:cui se presentare tenetur:aliter incidit in eandem.

4 ℙ Quarto vtrum sit idem iudicium de qua cunq̃ alia sententia lata non propter dictũ manum inlectionem.vt.ſ.non potẽs adire papam absolui possit ab episcopo:et dico secundum panor.in.c.decetero.eo.titul. vbi allegat Innocẽ.quod sic.⁊ addit quod hodie clare probatur hoc in.c.eos.eo.titu. libro.vi.⁊ idem tenet glo.ibi.⁊ Jo.andr.et communis opinio licet idem Panor.in.c. ℭquis.eo.titu.videatur tenere contrarium sed non procedit quod dicit nisi de inferiorib̃ episcopo qui hoc non possunt nisi ex speciali priuilegio vt etiaz de abbate dicit in.c.monachi.eo.titu. Licet etiam testar chie.Joan.andr.in nouel.in.c.ℭquis: referat Innocen.tenere quod non:sicut panor. male refert eum tenere quod sic:tamen tene vt supra licet in veritate Innocen.in.c. ℭquis.eo.ti.dicat contrarium:q̃ si nõ sit vera hec opinio sequitur q̃ habeno ppetuz impedimentum si viueret.c.vel cc.annis. nunq̃ posset absolui nisi in morte.qõ pleni derogat pontificali:⁊ facit etiam identitas rationis hic ⁊ ibi.⁊ non solum.d.c.eos. quod clare ⁊ indubitare hoc probat.sed ẽt c.es noscitur.⁊ quod de hijs.eo.titu.qui loquuntur indistincte ⁊ cum hac opi. transit felt.in dicto.c.ℭquis.Hoc tamen fallit i casibus in quibus nullus absoluere põt nisi in mortis artic.de quibus supra absolutio primo.℣.v.quia in talibus non solum inferior: sed nec episcopus absoluere põt.

5 ℙ Quinto queritur circa dictum casum de officiali vtrum ille sit excommunicatus vel non:⁊ pro hoc sciendum est quod officialis ibi dicitur iudex vel apparitor alicuius potestatis aut principis.ſ.ido qui reos ad iudicium cogit:⁊ fm glo.in.c.si vero.de sen.excommu.excusatur ideo quia casu percussit casus autem fortuiti preuidere nõ possunt extra de homi.Jo.⁊.c.vltimo.nec vlla temeritas aut violentia in eo potest notari:quia excusatur ratione officij:alꝰ non excusaretur quia debuit preuidere an ex facto suo irrogari posset iniuria. Si tamen officialis alicuis aliter ℣ arcendo turbam non a casu sed a proposito percusserit:⁊ irrogauerit iniuriam de se leuem per episcopum absolui non potest.quia vt notat panor.in.d.c.si vero ei primo.de senten. excom.⁊ haberur quasi clare ex eo textu.tunc iniuria grauis est ⁊ non leuis:quia non solum percutit:ſ vsurpat sibi iurisdictionem in clericũ. Sed tunc insurgit dubiũ:quia iste officialis nõ esset persona priuilegiata in primo casu:q̃ non incidit nec in secundo q̃ absolui non potest etiam pro iniuria leui quod omnes possunt:et ẽ omnes summiste ⁊ canonisie hunc priuilegiatis annumerant.Dicit abit summa ros.q̃ ista vrgent:⁊ distinguendo dicit q̃ officialis.ſ.iudex vel apparitor nõ est priuilegiatus:sed officialis.ſ.deputatꝰ ad arcendum turbam est priuilegiatus: ideo absolui potest eque vel magis hostiario: ⁊ hunc intellectuz sentit glo.in.c.quis.xvij. questio.quarta. Sed ista solutio non procedit:quia adhuc stat argumentum et tanto magis quanto iste officialis est villior iudice vel apparitore et minus iurisdictionis habens.Et ideo melius dicitur secundum pisa.quod textus loquitur quãdo officialis casu percutit.sed cum aliqualicul pa puta quia non omnem adhibuit diligẽtiam:quia tunc ei non imputatur sellicet tũtum vt alꝰ sed excusat officium: ⁊ quantuz ad hoc est priuilegiatus.et ista est mens.s. Thom.iij.distinctio.xviij questio.q̃.ar.v. Si autem percussit clericum seorsum a turba ex proposito nullum habet priuilegium sed omnis iniuria leuis est illi grauis quod intelligo quando hoc facit pretextu officij ⁊ quasi iurisdictionem vsurpans in clericuz secus autem si vt persona priuata.et quasi arcendo clericum a re sibi commissa vt ianitor.

¶Sexto in casu deliciosi vtrum cẽsendus sit in numero:habentiũ ppetuũ impedimẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

est.& cõsequẽter non sit ei ꝓsentatio inlõgẽda: & dico q̃ sic: quia deliciositas eum non reddit impotentem nisi sit innata. vel effecta cõnaturalis ex longa cõsuetudine que sine periculo mutari non possit: & cõsequẽter habet perpetuitatem. Nec obstat glo. in capitulo mulieres. de senten. excom. dicens q̃ episcopus illum absoluet recepta cautione q̃ parebit pape consilio vel respõso: quia hoc non dicit quasi pape reseruet iudicium an sit mittendus nec ne: cum hoc multo melius possit iudicare episcop⁹ cui est notior: sed quia magnis personis magnus prelatus commenter facit mãdata cum tale interdum modico labore possint ecclesie prodesse multum. ¶ Septimo. vtrũ in casu eorum qui non sunt sui iuris. concordent omnes canoniste. q̃ omnes absolui possint ab episcopo: & dico q̃ nõ quo ad filium familias qui scilicet est priuilegiatus inquantum impuber vel etiam iuuenis. & inquãtum non est sui iuris. quia Innocen. & glo. in. c. mulieres. de sentẽ. excõ. dicunt hoc esse verum solum de impubere quia puber licet sit in patria potestate tamẽ in hoc ẽ sui iuris. q̃ potest ire quo vult. Quod dictum non procedit quia iste non esset priuilegiatus inquantum non est sui iuris: contra dictum capitulum mulieres: nõ etiam dici non est vniuersaliter vera: quia ꝯ puber sit sui iuris quantum ad spectãtia personam suam: cuiusmodi est religio & matrimonium: ffin. a. rho. xxij. qõne xcvij. ar. viij. secus quantum ad cõcernẽtia gubernationem domesticam: vt ibi. vn de peregrinari nõ potest sine patris assensu quia cum omne lucrum eius cedat patri saltem quo ad vsumfructum preter q̃ in castrensi vel quasi. de quo plene in. l. cuꝫ oportet. & in aut. excipitur. & aut. idem C. ꝯ bo. que libe. & insti. per quas perso. no. acq. per totum. nihil facere potest in quo exponat quicq̃ vel in quo subtrahat personam suam a lucrãdo patri fm cõditionem suã. Contrarium igit sensit ho. Joã. asst an. dicit primum dictum procedere quãdo filius fa. existẽs in patria potestate tenet familiã de per se: puta vxorem ac liberos: secũdus vero quando est in familia paterna. Panor. autem in. d. c. mulieres dicit nõ sibi placere dictum Joã. an. indistincte. quia quãdo talis extra familiam patris est. cuꝫ nõ sit sui iuris ei tenetur obedire. & exhibere commoda patrie potestatis: vnde putat idem iudicium esse de eo & seruo. ex benigna iuris interpretatione. hec Panormi. & sic tenendum est nisi iniuria sit enormis. Vel dicendum & est quasi idem. q̃ absolui potest ab episcopo quando mitti non potest ad curiam sine preiudicio vel displicẽtia patris: quia ratio huius priuilegij est ius alienum. vt patet in dicto. c. mulieres. idest ius paternum cui subiacet. De seruo autem vt patet ex capitulo relatum. eodẽ titu. iuncto dicto. c. mulieres. fm summam angelicam. dicendum est q̃ absolui potest pro leui & mediocri iniuria. non autem pro atroci nisi in duobus casibus. primo si percussit in fraudem sui domini. idest vt se ab eius obsequio subtraheret iniuria Roman. secundo si dominus non fuit in culpa. emultum leditur ex absentia serui: quia tũc pro enormi potest absolui: dummodo vt dicit ter. non sit tam grauis & enormis excessus. vt propter vitandum scandalum. & exemplum tollendum. huiusmodi serui ad seruum seruorum deferre debeant absoluendi. Summa autem rosel. & supple. & Panormi. in dicto. c. relatum. tenent q̃ p enormi semper sunt ad curiam mittendi. Sed prima opinio est verior & arguo q̃ secunda stare non possit. Nam capitulum relatum. mãdat seruos excõmunicatos. ppter iniectionem manuum mitti Romam. & deinde excipit duos casus predictos. scilicet fraudis & iacture dominorum. Cum igitur in illo mandato sit sermo de iniuria enormi. quia pro leui aut mediocri non debent mitti Romam. per capitulum mulieres: sequitur q̃ exceptio sequens intelligiꝯ de iniuria enormi de qua loquitur mandatum: quod etiam textus aperte innuit. tum quia dicit tam grauis. vt li tam ponderetur: tum quia rationes missionis non assignat enormitatem sed scandalum.

¶ Octauo. dubium est consurgens ex priori: vtrum scilicet sit idem iudicium de marito si in fraudem percutiat vxorem: & dico q̃ maritus videtur priuilegiatus non inquantum vir sed inquantum coniunx: cum non sit sui iuris omnino: sicut & vxor est priuilegiata inquantum vxor. & inquantum mulier: alioquin post mortem mariti iniuria geretur ei presentatio: & similiter liberi inquantum operas prestare tenentur. Ergo secundum eandem summam angelique opinioni innitur host. Idem iudicium in dicto casu fraudis & iacture. de filiofamil. & viro coniuge: & liberto: sed contrarium tenet glosa in capitulo relatum. et ibi Panormitanus addens quod hoc tenetur communiter: quia ex contraria

opinione nimis detraheretur. c. si quis suadente. Nec mulier eo casu piatur viro sine causa sed sine culpa: vt lite non contest. c. quoniam. Et hoc tenendus est. quia hoc edictum vt omnes huiusmodi ad curiam mittantur. est prohibitorium. f. ne quis contra papam absoluatur. ar. extra eo. cum illorum. vbi hoc tenet glo. tale autem edictum extenditur ad omnes nisi expresse excipiantur: quis lex indistincte loquens indistincte debet intelligi. l. de precio. de publi. ff. & lex generaliter loquẽs generaliter debet intelligi. l. j. ¶. quod alt. ff. de aleato. & qui omne dicit nihil excludit. c. si coma in simili de coniuge. & libertus in simili de seruo. dico q̃ in istis non est ratio rãta. vt per se confessum est: & preterea suo priuilegiatum non extenditur ad simile vt dictũ est supra absolutio. iiij. ¶. j. in fi.

¶ Rursus de absolutiõ equinto adhuc speciali: idest percussorum clerici quando sunt regulares.

1. du. ¶ Absolutio. v. adhuc specialius q̃ ad percussores clericorꝫ qui sunt regulares. continet dubia multa.

¶ Primum est vtꝫ regularis clerici percussor absolui possit ab alio q̃ a papa vel legato vel episcopo: & dico q̃ si percusserit regularem eiusdẽ claustri absolui pot a suo abbate: vt in. c. monachi. de sentẽ. quod quidẽ extenditur ad omnẽ religiosum & suum prelatum. eo modo quo titulo proxe. ¶. secundo casu primo dictum est: nisi iniuria fuerit enormis quo casu absolutur solum a papa vt titulo proxe. ¶. primo nisi ex speciali priuilegio.

2 ¶ Secundum si dictus prelatus non sit sacerdos vel si sit excommunicatus aut mortuus. vel aliter impeditus: vtrum recurrẽdum sit semper ad episcopum. et ille possit absoluere regularem non habentes impedimentum adeundi curiam. neq̃ leui q̃ sic fm ho. vt in dicto. c. monachi. et in. c. cum illorum. & in. c. canonica. de senten. excom. quod quidem quo ad non exemptos indubitate verum est. Quantum ad exemptos vero. etiam quidam hoc verum putant. vt feder. in consilio suo. xliij. & Joan. de lig. in cle. ne in agro. de statu reg. & rationem vtriusq̃ est: quia exemptio indulta est in fauorem exempti. ideoq̃ illi renuntiare potest ne dum respectu absolutionis. sed etiam in foro contentioso. prorogando iurisdictionem episcopi: idem tenuit ¶. & dir. quam etiam opinionem secuta est summa pisa. et archie. iij. per titu. xxv. c. vltimo. qui tamen fuit doctus & timoratus. Contrarium quo ad exemptos tenuit Joan. an. in regula scienti. & panor. in dicto. c. monachi. & plenius in capitulo significasti. de for. compe. quia scilicet per exemptionem inquit exemptus efficitur nõ subditus episcopo idest non subiectus eius potestati ꝯ pape immediate: vt in capitulo si papa. de priuile. libro sexto. vnde episcopus in illum non habet potestatem nisi in casibus sibi expresse concessis: vt in capitulo frater noster. xvi. q. j. vnde exempti non potest ab eo nec eius iurisdictionem prorogare. quantum ad forum contentiosum vt in dicto capitulo significasti nec quantum ad penitentialem. vt in. ca. omnis de pe. & remi. Et ad rationem rede. Joannes de ligna. dicit Joan. andr. in dicta regula q̃ exemptio non concernit simpliciter fauorem exempti. immo fauorem superioris quicum eximit. vt in capitulo ad apostolicam. de regu. & in. l. si quis inscribendo. C. de episco. & cleri. & de hoc infra exemptus. Mihi videtur q̃ de rigore iuris secũda opinio procedat & efficacius probetur per panor. in dicto capitulo significasti. multis rationibus sed de equitate. de qua dicetur in ¶. sequenti procedit prima: quia regulares principaliter eximuntur in suum fauorem vt quietius deo seruiant. nec est equum quod per exemptionem fiant deterioris conditionis q̃ non exempti in spectantibus ad quietem animi in deo: ad quam ordinatur omnis religio.

¶ Tertium est vtrum possit episcopus in defectu prelati absoluere regularem exempti qui secularem clericum percussit leuiter: vel habet impedimentum adeundi curiam: quo scilicet casu posset absoluere clericum secularem. vt in capitulo. religioso. de sentẽ. excommu. libro sexto. iuncta glosa: & dico q̃ illud capitulum religioso. dicit q̃ sic loquens de religioso vel regulari in communi qui percussit clericum secularem. ne habeat materiam vagandi: vbi Joan. andr. propter dictam rationem dicit hoc esse verum etiam in exemptis. licet ipse sibi videatur contrarius in cle. pe. de senten. excommuni. Panor. autem in dicto capitulo significasti. putat q̃ rigor iuris facit episcopum hoc non posse cum sibi 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

non dicatur quod hoc faciat circa exemptos auctoritate apostolica. sicut semper fieri solet quando datur potestas circa exemptos. vt in dicta cle. de pe. ⁊ in cle. attendentes. de sta. regu. putat tamen esse equum quod circa religiosos exemptos hoc possit: quia capitulum loquitur generaliter ⁊ ratio concessionis pariter in exēptis ⁊ non exemptis procedit: non autem circa exemptos non religiosos. vel etiam religiosos extra casum illius capituli. Et sic inquit procedit opinio contraria scilicet fede. ⁊ Joannis. de ligna. ⁊ Joan. andre. non erit sibi contrarius. hec pa. Ex his summa ros. absolutio tertio. ¶ quinto. et sum. Angel. exemptus. ¶ sexto concludunt quod episcopus hoc non potest. et vterq; ideo q; in capitulum religioso de auctoritate apostolica non faciat mentionem: vnde illud loquitur secundum istos de non exemptis. quos antea non poterat absoluere propter capitulum cum illorum de sententia excommunicationis. Ego autem sic distinguerem. quia in religioso exemptis et priuilegiatis sic quod sua priuilegia verant eos petere absolutionem ab aliquo non eiusdem ordinis. episcopus hoc non potest: in exemptis autem sed non priuilegiatis dicit dominus Anto. locum habere opinionem Fede. quod videtur verum saltem in casu huius capituli religioso: vnde Panor. videtur tenere quod episcopus hoc possit de equitate sed nō de rigore iuris: quod est satis probabile: alioquin exempti essent deterioris conditionis quo ad hoc omnibus hominibus qui ab episcopo absolui possunt pro iniuria leui. vel etiam pro mediocri errante impedimento legitimo: quod est cōtra intentionem eximentis. Unde Panor. docte et eleganter dixit hoc esse equum: quia. vt patet per sanctum Thom. xx. q. cxx. artic. primo et secundo ad equitatem que epicheia dicitur pertinet agere in casu �means legis intentionem verbis omissis: ꝗ etiam dici possit quod in hoc casu verba legis bene intellecta non sunt contraria: qr qd dr mentionē fieri de auctoritate apostolica vbi prās ꝓcedit circa exēptos. vez. est de pāte odiosa: puta ad coherendum de qua loquuntur iura ad hoc supra allegata: vt patet intuenti: de benigna autem puta qur est ad fouendum. nunquam aut non semper est verum. quod patet per dicenda. ¶ sequenti. Confirmatur ista decisio. quia ex iure videtur posse colligi regula quod quantum ad istam absolutionem non differunt monachi et moniales: nisi peneo iniuriam enormem et non enormem. pro qua scilicet moniales sole ⁊ non monachi absoluuntur vt patet in capitulo monachi. et in capitulo de monialibus. de senten. excommuni. Cum igitur diocesanus possit absoluere moniales exemptas vt dicetur ne vagentur: etiam pro iniuria enormi: pro mediocri quoq; absoluere poterit monachos exemptos. Specialiter tamen summa rosel. non videtur sufficienter determinare: quia in ¶ tertio. qui pertinet ad primam eius editionem determinat quod episcopus possit absoluere exemptos percussores religiosos. simpliciter idest non limitando ad aliquem casu allegans. vv. et dir. et in quinto pertinere ad nouas additiones. dicit quod hoc non potest in casu de quo maxime videtur qd episcopus hoc possit. scilicet si percussus sit subditus eius. ⁊ percussio leuis vel percutiens impeditus. Sed nota quod: Panor. videtur intelligere hoc esse equiz etiam si percussus non sit clericus secularis sed regularis. quod est probabile propter eandem rationem licet hoc ab eo clare nō habeatur. 4

¶ Quartum est vtrum episcopus diocesanus. possit absoluere moniales exemptas et dic quod sic fm glos. et Panor. et communiter omnes doctores i capitulo de monialibus de senten. excommu. ⁊ idem sentit. vv. et dir. quia illud capitulum loquitur de monialibus indistincte. ideoq; extenditur etiam ad exemptas: ⁊ hoc verus erit etiam pro iniuria enormi cum sōmnes doctores eius absolutio in illo capitulo concedatur. Et nota quod illud capitulum de auctoritate apostolica non facit mentionem: quia loquitur benigne. Distinguendum est autem. vt prius. quia verum est de exemptis non priuilegiatis sed non de priuilegiatis. sic vt de eis se intromittere non debeat aut possit episcopus in absoluendo.

¶ Quintum est vtrum abbas incidens in 5
hunc canonem absolui possit per episcopum: ⁊ dico de hoc fuisse opiniones. vt notat panor. in capitulo vniuersitatis de senten. excō. vbi ipse tenet q; sic. nisi iniuria sit enormis: sed intelligo in non exempto: de exempto vero dico idem esse indicium quod de monacho vel regulari quantū ad posse absoluti: quia caput non debet esse minus fauorabile membris ⁊ appellatione monachorum venit abbas in materia fauorabili: de verborum significatione. capitulo finali. et vltra hoc dico quod potest sibi eligere confessorem qui eum possit absoluere iuxta dicenda infra. vt. confessor. primo ¶. vii.

6 ¶ Sextum est vtrum regularis percutiens regularem alterius claustri absolui possit a proprio. vel a percussi prelato. ⁊ dico qd per vtrusq; debet absolui. vt in capitulo cū illorum. de sententia excommunica. Et licet secundum dominum Anto. vterq; abbas vocetur ad absoluendum. tamen verius est quod dicit Panormi. ibi cum Hostien. ⁊ ber. quod abbas vel prelatus percutientis absoluit. abbas vero percussi aduocatur ad remittendum iniuriam non ad absoluēdū quia non est ratio quare vocetur ad absolutionem non subditi sibi. Et abbas quidē percussoris secundum Hostiensem recipit iuramentum: abbas vero percussi verbera infert. que loco erunt satisfactionis: cuz non habeat monachus vnde satisfaciat. ⁊ demum abbas percussoris absoluit. Congruentius tamen fit si vnus alteri totū cōmittat. extra de offi. or. c. si hec ho.

7 ¶ Septimuz est vtrum regularis percutiens regularem: vel regulares se mutuo percutientes. extra claustrum absolui possit per suum prelatum: ⁊ dico secundum Hostien. quod non: sed per episcopum: ⁊ si sub diuersis sint episcopis: illi debent conuenire sicut de abbatibus dictum est. Et mouetur per capitulum monachi. ⁊ per capitulum cum illorum. de senten. excom. vbi fit mentio de claustro: qz violatur iurisdictio epi. Sed verius est quod dicit Panor. in dicto c. cum illorum. f. quod eorum prelatus poterit eos absoluere: quia capitulum cū illorum. ⁊ c. canonica. eo. ti. loquuntur indistincte. ⁊ de claustro non reperiunt: de quo fit mentio in. c. monachi. cum dicitur. si se in claustro percusserint ꝛc. quod dico ideo di cō non: quia absoluere non possit abbas si percussio fiat extra sed quia in claustro ere dius fit. vel qz dicūtur eē in claustro esse si sint in foro. eo modo quo semper dēmones sint in inferno. ⁊ beati angeli in celo sunt.

8 ¶ Octauum est. vtrum religiosus percutiēs clericum secularem diocesis sue vel alterius absolui possit per suum prelatum. et dico quod nō: sed absoluetur a suo episcopo diocesano: eo casu quo absoluere posset clericum suum scilicet si percussio sit leuis: vel

percutiens impeditus ne curiā adeat. Nec oportet duos episcopos conuenire etiam si diocesis sint diuerse. vt in capitulo religioso: de senten. excommu. libro sexto. Sed intellige nisi religiosus sit sic exemptus quod etiam ratione delicti conuenirī non posset nisi sub suo prelato: qz tūc absolueē a suo prelato episcopo remittente iniuriā: semper tamen exceptam intellige enormitatē excessus ⁊ religiosus esse impeditum eo ipso quod est claustralis.

¶ Nonum est vtrum nouitius qui ante noui tiatum incidit in canonem illum absoluī possit per suum prelatum ⁊ dico secūdum Ray. quod licet talis ⁊ quilibet alius excommunicatus recipi non debeat ad religionē nisi prius absolutus: si tamen ingreditur tenet ingressus: ⁊ professio secundum Panor. in capitulo cum illorum. de sen. excommunica. sicut nec matrimonium per excommunicationem impeditur. vt in. c. significasti. de eo qui dux. in vxo. ⁊ receptus poterit absolui iuxta modum predictum secūdum Hostien. sed ipso iure intelligitur ibi inclusa esse conditio si perseuerauerit: alioquin reducendus est in eandem sententiaz ab eo qui absoluit. vt dicitur in summa pisa. vel quia absolutio conditionate non fit: est absolutus: sed religionem extenso reincidit in eandem nisi se presentet ei qui alius potuisset absoluere. vt in. c. eos. de senten. excommunica. libro sexto. Et hanc opinionem. f. quod possit absolui. sequitur Innocē. in. c. monachi. eo. titu. ⁊ Archid. in. c. religioso. eo. titu. libro sexto. Contrarium tenuit Joan. andr. in. c. cum illorum. eodem ti. ⁊ gc. i. d. c. religioso. f. quod absolui non possit a prelato nisi sit expresse. vel tacite presumptus: quazdens q; si absoluatur ⁊ egrediatur reincidit ipso facto nisi se presentet. fz prima opinio est rationabilior: qz iste est persona ecclesiastica fm glo. in. d. c. religioso. ⁊ gaudet priuilegio. si quis suadente fm tertium ibi: et consequenter vt videtur etiam priuilegio contento in. c. monachi. eo. titu. quia ratio illius est ne monachi vagentur: quod i nouitio est tanto periculosius quanto est infirmior ⁊ minus expertus. Nec est rationabile vt reincidere possit qui absolui non potuit. In omnibus tamen predictis semper intellige exceptionem enormis iniurie nisi in monialibus. ⁊ vbi per priuilegia puidetur: quia. p ea solus papa absoluit aut eius legatus. vt in. c. ad eminentiam. iuncto. c. cum illorū. de sen. excom. 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Rursus de absolutione.vj. quantum ad formam verborum.

Absolutio.vj.⁊ a peccato ⁊ censuris fit in triplici iudicio fm ray.f. in iudicio dei per contritionem: in iudicio celi.i.curie celestis per approbationē: de pe.dist.prima.nunqd caim ⁊ iudicio petri.i.confessionis per absolutionem.f.verbalem: si tñ peccator sit prius absolutus a deo saltem ordine nature: vnde manet petri priuilegium quando ex cōtate fertur iudicium.xxiij.qo.j.manet.qō fm glo.intelligē de sententia ligante quo ad deum: quia quo ad ecclesiam ligat.aliquando etiam iniusta.vt infra excommunicatio.ij.H.ij.

1.dub. ¶ Sed tñ verbalis hec absolutio continet dubia multa. P Primum que sit forma absolutionis ab excommunicatione: ⁊ dico q̄ si loquamur de forma ꝓbali necessario obseruanda: nulla est certa ⁊ determinata vt dicitur est supra absolutio.iij.in principio si vero loquamur de ea que cōmuniter est in vsu sic vtimur isto verbo absoluo.qō dupliciter facim⁹. Primo conditionaliter qñ absolutio in dubio vel in casu incerto fit ad cautelam vt dicendo: si teneris aliquo vinculo excommunicationis a quo possim te absoluere: ego absoluo te ⁊ restituo sanctis sacramentis ecclesie communioni ⁊ vnitati fidelium.in nomine patris ⁊c. Secundo vero absolute in casu certo vt dicendo: ego te absoluo a vinculo excommunicationis quam incurristi propter tale factum: ⁊ restituo sanctis ⁊c. vt supra.

2 ¶ Secundum est que sit forma absolutionis a suspensione officij vel diuinor: ⁊ dico q̄ si loquamur de verbali necessario obseruanda nulla est: qr suspensio sicut ⁊ excōicatio pertinet ad forū contentiosum: ⁊ consequenter quicquid dicat aut quibuscūq verbis vtatur is qui potest absoluere vere absoluit sicut de excommunicatione dictū est: sed loquendo de ea qui cōiter est i vsu vtimur isto verbo absoluo: primo cōditionaliter: vt si teneris aliquo vinculo suspensionis a quo possim te absoluere: absoluo te ⁊ restituo executioni ordinum ⁊ officiorum ꝓ scbo absolute: vt absoluo te a vinculo suspensionis quam incurristi propter talem causam ⁊ restituo ⁊c. Et idem dico per omnia de interdicto.

3 ¶ Tertium est de forma absoluendi ab irregularitate. ⁊ dico q̄ nulla est certa ⁊ determinata. sed tamen in vsu est vt fiat per hoc verbū suspenso. ⁊ non absoluo vt dispēso tecum in irregularitate quam incurristi propter talem causam. ⁊ restituo te ad actus legitimos: vel quando dubitatur dicendo non quam sed si quam contraxisti 4

¶ Quartum est que sit forma absolutionis a peccato: ⁊ supple. quidem post pe. de pal. dicit q̄ est hec: ego absoluo te expressis illis a quibus fit absolutio: alioquin sup nihilo absolutio fundaretur. ⁊ intendit quod est hec forma: absoluo te a peccatis iuis. Sed contrarium tenet. s. Tho. ⁊ Innoc. et ho. immo etiam scotus in quarto dicit qō est hec. ego absoluo te. Nec tamen absolutio fundatur in nihilo sed in re confessa id est peccato. In alijs autem qui confessionem non requirunt sed absolui possunt et simpliciter exprimitur ligamen quod soluit puta excommunicationis suspensionis vel interdicti.

¶ Quintum est quare dicte forme alia coniunguntur: ⁊ dico fm. s. tho. ⁊ cōiter doctores. q̄ premittitur misereatur non q̄ sit de essentia vel integritate forme: sed ne forte effectus sacramenti impediatur ex parte penitentis: postponitur vero conuenienter in nomine patris ⁊c. non qr sit necessarium sed vt ostendatur q̄ sacerdos nō auctoritate propria sed quasi minister absoluit. Impositio autem manus non requirit nec fit: qr hoc sacramentum non ordinatur ad consequendam excellentiam gratie sed ad remissionem peccatorum: vnde magis competit signatio crucis: qr per signum crucis xpi peccata remittuntur: qō tñ etiā nō est de necessitate sacramenti. vide etia 3.j. penitentia.ij. 5

¶ Sextum est vtrū absolutio a peccato fieri debeat ante inuncctionem satisfactionis: ⁊ dico q̄ non. vt ptz in cle. dudum. de sepul. ⁊ ibi Io. an. sed hoc itelligo vbi timeri posset q̄ absolutus satisfactionē recusaret nō aūt alias. vt in religiosis vsitatur. 6

¶ De acceptione personarum.

Acceptio p̄sonarū ex doctrina s. Tho. xxij. q. lxxij. ⁊ alexāde ales. xxij. tractatu de eccle sic diffiniri potest. Acceptio p̄sonarum est vitium quo id q̄ ex debito iusticie est vni persone conferendum exhibetur alteri: non propter meritum eius ad ipsam rem que confertur: sed propter conditionem ipsius nō congruentem ad ipsam rem: puta si dō cōferat episcopatum aliqui qui sa est petr⁹ aut ioannes vel affin's que nihil faciunt adeō dignum episcopatū. si autem hoc fiat quia est aptus

est aptus non est acceptio p̄sonarum qr ista conditio facit vt debeatur ei episcopat⁹ ex iusticia distributiua. Unde ad incurrendū hoc peccatum duo requiruntur: primo qō collatum conferendum sit ex debito: secus si ex gratia iuxta illud matthei.xx. an nō licet mihi quod volo facere. f. ex eo quod gratis ⁊ misericorditer datur: secundo q̄ rō et causa dandi non faciat ad hoc qō recipiēs reddatur dignus accepto.

1.q. ¶ Primo vero queritur an sit peccatū mortale: ⁊ dico q̄ in re parua numq̄ est mortale nisi per accidens inquantum ipsa virtute aut existimatiōe est magna: sed in re notabili omne qō est contra iusticiā est peccatum mortale fm. s. tho. xx. q. lix. art. iij. ⁊ ratio est quia est contra caritatem proximi. vnde acceptio personarum cum sit contra iusticiam in re notabili semper est peccatum mortale: vt si beneficium scilicet cōferatur indigno vel minus digno: quia est amicus post habito digno vel digniori saltem notabiliter.

¶ Secūdo an spūalium dignitatum seu beneficiorū ecclesiasticorū distributor semper debeat tribuere meliori ad euitandū hoc peccatū: ⁊ dico fm. s. Tho. xxij. vbi supra. ij: ⁊ in quodam quol. q̄ melior dicit dō duplicitē. primo. f. fm se ⁊ simpliciter. vtiq̄ magis abundat in spiritualibus gratie donis: ⁊ secundo in ordine ad bonum cōe: ad quod interdum magis conferre pōt min⁹ sanctus aut sciens ꝓter potentiam vel industriam secularem ⁊ huiusmodi. Episcopus igitur vel alius distributor p̄dictorū non tenetur dare meliori fm se ⁊ simpliciter: sed meliori quātum ad hoc fine in ordine ad cōe bonum: ad qō principaliter ordinantur spūalium dispensationes: sicut etiā gratias gratis datas que ordinant ad cōmunem vtilitatem ecclesie deus dat min bonis. Igitur si p̄feratur nunc alteri propter causam pertinētem ad honorem dei ⁊ cōe bonum p̄fert meliorem: ⁊ non est acceptio p̄sonarū: sed si cā p̄ferendi nō pertineat ad hoc erit acceptio p̄sonarū: ⁊ tanto gravior ꝓpto in rebus diuinis cōmittitur. Ex his colligē etiam potentiam secularem vel nobilitatē aliquid conferre ad hoc vt quis sit ecclesiastico beneficio dignus: qr ista conferunt ad honorem dei. f. q̄ in suo ministerio nobiles occupentur: ⁊ ad vtilitatem ecclesie interdum: qr magis cōpetunt aduersarios vt huiusmodi: sed non est intelligendū q̄ ipsa sola faciat. vt quando coniungitur vite eri minore: sed presupposita virtute aliquid confert.

¶ Tertio an sit acceptio p̄sonarū dare beneficium consanguineo: ⁊ dico fm. s. thom. in quol. ⁊ xxij. vbi supra. ⁊ fum. conf. lib. iij. ti. xx iij. qō distinguendum est. Nam si p̄sanguineus sit eque idoneus vt alius: ēpōs potest in hoc satisfacere naturali amori q̄ nō est caritati contrarius: qr saltem in hoc p̄eminet q̄ magis potest de ipso considerē secum vnanimiter ecclesie negocia tractabit: ⁊ hoc nisi inde scandalum oriatur vel forte inde alij sumant exemplum dādi consanguineis etiam minus digno. Si vero cōsanguineus sit minus idoneus simpliciter ⁊ respectu boni cōis: eum p̄ferre nō debet postposito meliori duplici ratione: primo qr infideliter agit dispensator: iste non dōs spūalium qui negocium dōi gerens nō meliorat illud cum possit: sed o qr hoc ad p̄sonarum acceptionem pertinere videtur: qr cōdicio consanguinitatis non est pertinens ad curam ecclesie que non obtinetur iure sanguinis sed munere diuino: est aūt conditio faciens ad dispensationem patrimoniali bonorum: vnde si ex his episcopus p̄ut deat suo consanguineo minus idoneo nō est acceptio personarum. 5

¶ Quarto an sit acceptio p̄sonarū si electores ad spūales dignitates eligant bonum preterm̄isso meliori. ⁊ dicit. s. tho. vbi supra quod ad hoc vt electio in foro iudiciali nō possit impugnari sufficit eligere bonū: nec opōz eligere meliorē qr sic omnis electio posset habere calumniam ꝓ rem ad conscientiam tñ eligentis necesse est eligere meliorem simpl'r vel respectu boni cōis: qr si ex aliqua causa preferatur alius: aut illa prebit ad negocū: ⁊ sic quātum ad hoc magis idoneus erit qui eligitur aut nō faciet ⁊ sic erit acceptio p̄sonarum. 4

¶ Quinto an sit acceptio p̄sonarum ratione diuitiarum dispensare super contrahendo matrimonio in gradibus p̄hibitis: et dicit. s. tho. xxij. vbi supra q̄ hec dispēsatio fieri consueuit propter federa pacis cōservanda quod quidē vtilitati communi magis est necessarium circa personas excellentes: vnde cum eis facilius dispensat absq̄ acceptione personarum. 5

¶ Sexto an sit acceptio p̄sonarū si p̄sonaꝝ qui excedit in conditione minus digna: qñ in p̄sciendis cōditiones sunt inequales excedentes ⁊ excesse. vt si vnus sit literatus is est ignobilis: alius est nobilis sed illiteratus ⁊ p̄feratur nobilis: ⁊ dicit alex. vbi supra q̄ is literatura nobilitati simpliciter p̄ 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferenda sit. vtin. c. venerabilis. de pbē. qz ē necessaria in regimine ecclesie: tñ in cāu potest hīerri nobilitas vt arceātur iupi p potentiā: z in casu vt sint in corpe ecclesie mēbra diuersa. quib⁹ pax eius cōseruentur: z sic nobiles promoueri possunt dūmō eis morum honestas suffragetur.

7 ¶ Septimo. an sit psonar⁹ acceptio in honoribus si preferat virtuosus plātus virtuoso laico: aut dñs suo: aut senex iuueni: aut diues pauperi: z dico sm. s. tho. xxij. vbi. ā. z in quol. q⁹ cum honor sit testimoniū virtutis eius qui honorat. sola virtus est debita cā honoris: sed tñ aliqs honorari pōt propter virtutē nō solū ppriā sed ēt alterius. sicut plati z principes ēt si sint mali: quātuz gerūt psonā dei z cōtatis cui pficiunt: eadem rōne parētes z dñi pp participatōēz dignitatis dei q̄ est olum pr z dñs: z senes pp signū virtutis. s. senectutē. Iz illud sit qñq; fallax: z diuites pp hoc q̄ locū obtinent maiorē in cōtate: in eis cōitas honoratur sm. s. tho. x. quol. ar. xij. nō aūt inuitu diuitiarū quia esset acceptio personarum exhibere honorem debitum virtuti.

8 ¶ Octauo. an sit acceptio psonarū si pauper in iudicio diuitiū preferat: z dico q⁹ sic. Iz premissaz diffinitionē: qz iudicū vt dicit. s. th. xxij. vbi. ā. ar. iiij. est acr⁹ iustitie. pur iudex ad equalitatez ducit iequalia: ad qō facit q⁹ iste habeat plusq̄ debeat: ille ⁹o minus nō aūt q⁹ hic sit paup ille diues: sicut si socrates in re aliqua dz habere. x. z hz. xv. z plato dz habere. x. z hz. v. ad eālitatē pstituendā pfert q⁹ socrates habeat. v. que desunt platoni. nō aūt q⁹ sit paup: qz quatūcū q̄ augeat vel minuat eius pauptas. nūqz erit equalitas nisi auferat ei. v danda platoni. vnde z deus dicit exo. xxiij. Pauperis quoq; nō misereberis in iudicio. s. ptermittendo equalitatem iusticie. Illud aūt eccle siastici. iiij. in iudicādo esto misericors pupillis z similia intelliguntur vt psone miserabiles ab oppressoribus iniustis defendentur: z si eis deficiunt instructores causarum suarum suppleat iudex.

¶ De accidia.

Accidia sm richar. de san. vic. est torpor. i. negligentia mētis bona inchoare negligentis. vel sm. dama. est tristitia aggrauās q. s. ita deprimit aim. vt nihil ei agere libeat. vnde sm. s. tho. xxij. q. xxxv. impōrtat quoddam tedium operandi z est quedā spūalis frigiditas vel tepiditas spiritualis dicta quasi accidia vel acetosa. eo quod huiusmodi frigida sunt.

¶ Primo vero dubitatur an sit peccatum 1.
spūale mortale: z dico ex doctrina. s. tho. vbi supra. q⁹ tristicia. phibēs ab operando semper est mala: qñq; quidē sm se. qñ. s. est de vero bono qō apparet malū sicut qñ est de bono spūali: qñq; vero sm effectum: qñ. s. est de vere malo: sed sic hoiem grauat. vt trahat ab opere bono. Igitur accidia semper est peccū sm seipsam: qz est tristicia de spūali bono. Et est peccū spūale nō quātū inquātū est tristicia de spūali bono cōiter: q: hoc pīnet ad oē vitiū cū fugiat spirituale bonū opposite sibi virtutis. sicr nec in sum fugit bonū spūale vt est laborosuz vt molestū corpori: aut delectationis eius impeditiū: qz hoc accidiam non separarer a vitijs carnalibus quibus aliquis corporis quietē z delectationē q̄rit: sed inquantum est de spirituali bono de quo spālis virtus leratur. i. de diuino de quo leratur charitas. Et est ex suo genere peccatū mortale. si trāscendat sensualitatis terminos attingens vsqz ad consensum rationis: quia sm suaz rationem contrariatur charitati: cum proprius effectus charitatis sit gaudium de deo. accidia vero sit tristitia de bono spirituali inquantum est diuinum. esset tamen veniale. sicut z oē peccū si esset solum in motu sensuali: z similiter si sit de spūali bono ad qō quis nō tenetur de necessitate. vt pz sbi ad secūdū. Et in quantum est mortale contrariat sm eum precepto de sanctificatione sabbati: in quo sm q⁹ est mortale peccū quies mētis in deo: cui cōtrariat tristitia mentis de bono diuino.

¶ Secundo dubitat quot modis sit peccū 2
mortale extra suas filias: z dico q⁹ in genere duobus modis. Primo quando inducit ad mortalem omissionem: quod tripliciter est primo. s. cum quis horret z omittit spiritualia bona ad que tenetur: z secundo cum doleat se benefecisse siue non omisisse hmōi bona que fecit: aut tertio cum proponit in futurū omittere. Secō ⁹o cū inducit ad mortalē commissionē puta desperationem salutis. aut contemptum beneficiorum. dē quia scilicet nolle esse natus: aut vellet esse bestia. aut mori: non curans qualiter. modo cuaderet. aduersa z tristitia. Est etiam mortale per accidens in suo effectu quādo homo ex hoc inducitur ad corporis grauē infirmitatem. cum tamē se posset iuuare si conari vellet. Est aūt veniale qñ homo qui dē in operādo attediat: iz tñ ea ad q̄ tenet nō ommittit. nec ī pceptū aliqō cōmittit.

videt aūt hic tenere sum. rosel. q⁹ accidia sit mortale qñ inducit negligentiā cōtēnētem quē dei sunt: z dz pcedere negligētia ex ptemptu qñ est in pfuendine vt si qs cōsuetuit nō dicet horas suas de nocte: sed ⁵ hoc 3
intra ptemptu: z infra negligentia.

¶ Tertio dubitat. que z quot sint filie eius
idest vitia que nascunt ex illa: z quo sint peccata mortalia aut venialia: z dico ī ⁵ doctrinam. z mentez. s. Tho. in diuersis locis: q⁹ sunt sex. pria. s. malicia que bona diuia cōtēnit. z est mortale: z secda rācoz. i. displicentia hoim inducentiū ad spūalia. z est veniale nisi superueniat odiū: z tertia pusillanimitas. que sistit in subtrahendo se a bōis que fieri potuissent timore deficiendi. puta a ieiunus religione z huiusmodi: z est veniale nisi illa bona essent in pcepto: z quarta est desperatio. que est mortale vt patebit z quinta negligentia agendoz. Que ē multiplex. s. negligentia circa opera misericordie: z est mortale aliquādo vt dicet in ti. ele mosina. Et negligentia adiscendi necessaria ad salutem que aliqñ est mortale. licet hoc iudicare sit difficile. Et negligentia pcurandi sacramenta sue familie que ē peccatū mortale si quez permittit ex negligentia notabili mori sine baptismo vel confessione: maxime vbi decedens indigebat huiusmodi. Et negligētia faciendi correctionem fraternā de qua infra: z pstendi: z cōlaudi semel in anno: z huiusmodi de quibus in suis locis. Et sexta filia est euagatio mētis in ofone. que est veniale peccatū nisi in eo qui tenet ad officiū in quo pōt esse mortale. vt infra hoie.

¶ De actione: actore. z actu.

1. q ¶ Primo ⁊o querit vtꝝ archidiacon⁹ habeat iurisdictionē: ⁊ dico q̃ fm host. in aliquibus ecclesijs hz officiū de quo dictū est ⁊ in aliquibus iurisdictiōem. de qua Joan. an. in nouel. in. c. offm eo. ti. sic dicit. De iurisdictione archidiaconi tractat in multis locis. primo enim iurgia audit. di. xxv. perlectis. ⁊ de offi. archi. ad huc. sedo instituit. xvij. dist. ti in plebibus. ⁊ eod. ti. cum satis. tertio penas infligit. vt de pe. lz. quarto pri subiectis pcipit obsequia. vt de excel. prel. quinto ad hec sexto hz perpetuam vicariam ⁊ curam: ⁊ cōsequenter iurisdictionem ordinariam: eo. titu. c. i. Sunt tamē quedam intra que faciunt contra eum. Primo enim non instituit. xvi. q. vij. nullus. ⁊ eo. titu cum satis. deinde nihil poterit: eo. ti. c. i. vbi dr: sicut archidiaconus post ēpm in omnibus se esse vicarium. tertio q̃ de paruis tātū cognoscit: maiora referat. vt in. c. ad hec. eod. ti. per qd patet q̃ est pedaneus paruus. aut nullius iudex. aut delegatus: hec Jo. an. Sed intelige q̃ instituit auctoritate ⁊ mandato ēpi: ⁊ nō instituit auctoritate, ppria vt in allegatis iuribus pt3 ⁊ sic tollit oppositio: sed de hoc. i. ⸗ ⸗ iij. Intellige etiam q̃ iudices pedanei dicuntur quoꝝ officium est de minutis causis ⁊ infimis cognoscere: lz sint ordinarij. maiores vero causas tenetur maioribus referre cū ipsi per se terminare non possint C. de ped. iu. l. ij.

¶ Secūdo. vtrum habeat iurisdictionē ordinariam vel delegatam: ⁊ dico vt recitat archie. q̃ Joā. in glo. di. xxv. in. c. perlectis. mota lita cōne arguit ad vtrāq̃ partē nec determinat Bar. aūt bz. addit sibi videri q̃ in ciuitate solus ēps sit iudex ordinarius. q. j. in apibus: nisi secus sit de cōsuetudine pscripta. de offi. archi. c. vlti. Aug. ⁊o de ancho. distinguit: q̃ si eligitur a vniuersitate ⁊ confirmat per ēpm hz iurisdictōem ordinariam de iure: vt probat in. d. c. perlectis: ⁊ eo. ti. c. j. ⁊ vlti. ⁊ idem est de eo qui preficitur collegio vel vniuersitati p ēpum diocesis. ar. di. xciij. legimus: si vero pficiat in ecclesia per ēpm maxime vbi sunt plures archidiaconi non credit habere iurisdictionē ordinariā sed tñ delegatam: ⁊ tñ poterit exercere quantum episcopus sibi committit: ⁊ sic intelligitur. d. c. nullus. xvi. q. vij. ⁊ eodem ti. cum satis: ⁊ hoc nisi plus obtineat de cōsuetudine prescripta cui sem per stabitur. Vtrum de iure communi hec videntur ad eius officium pertinere: iurgia minora clericorum: examinatio ac presentatio clericorum ad ordines: stallatio prelatorum: siue inductio in possessionem: clericorū pficiēdoꝝ examinatio: ⁊ visitatio parrochianoꝝ. que omnia habent eod. ti. c. ad hec. ⁊. c. i. hec archie.

¶ Tertio. vtrum archidiaconus possit animarum curam committere. siue instituere ad illam: ⁊ dico q̃ extra eodē. in. c. cum satis. summatim dicitur q̃ hoc nō presumat sine mandato episcopi: etiam obtentu alicuius cōsuetudinis: sed Jo. an. in nouel. in per dicto. c. ponit circa curam triplicē institutionē. Pria est auctorizabilis que ad solum ēpm spectat. de excel. pl. ⁊. ⸗ iij. ⁊ de offi. dele. sup eo: que habet locō institōnis: ante quā nec pseratus nec is cui collata est ecclesia dz administrare. de pbē. cū iā dudū: qd si fecerit cum dz ēps amouere. de pben.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eñ tam: nisi gratiose dispēsauerit. Et hec est iuris huius rō ḡre cōsuetudine pscribi nō pōt. Nā cū sine auctoritate epi nullus ecclesiā intrare possit vel dereinquere. vt de renū. admonet: nec debeat aliquis tali bus se ingerere: sz qui vocatus est a domino tanq̄ aaron. vt de elec. qualiter: ingerit aūt se qui sine diocesani auctoritate intrat. de offi. or. qm: ⁊ q̄libet dz p hostiuz. i. ꝑm intrare aliter fur ⁊ latro cēset. Jo. x. ꝛcludit q̄ qui sine ēpo intrat: spreto hostio. i. xpo cuius est vicarius. bñficium ecclesiasticum sibi vsurpat. viij. q. j. qui vos ⁊. c. sequēti. Secūda institutio est corporalis ad archidiaconum spectās de iure cōi ⁊ sequēs auctorizabilē: rāñ illius executoria ar. de re iudi. cū bertoldus ibi de cōsen su ēpi: ⁊ de hoc hz eo. ti. adhec. ⁊. c. vt nrm. Est et tertia que pro collatione ponitur: quam posset archidiaconus habere de cōsuetudine. vt de institu. c. cum venissez: ñ ⁊ ꝛcessio pro institutiōe ponitur de offi. lega. dilectus. Sed licet ꝑferat archidiaconus: recipiēs añq̄ corporali vtatur ad auctoritatē epi habet necesse recurrere: propter rōnē dicam ⁊ iura allegata ꝑm ho. Et q̄uis gl. in ꝓho. obtētu ꝓfuetudinis exponat de nō pscripta. quia pscripta daret archidiacono posse ꝓferre curam animarum: ho. tñ reprobat dicam expositionem dicēs q̄ nec pscripta hoc potest sibi dare: loquēdo. s. de prima sine auctorizabili institutione: secus de tertia q̄ pscribi potest: secūdam ꝓho habet de iure cōmuni.

¶ Quarto. vtz archidiaconus habeat cu
4 ram aliaruz: ⁊ Jnn. in ꝓho curā distinguit. q̄ cura dupliciter dr: pio stricte ⁊ est ptās ligādi ⁊ soluēdi in foro penitēciali: ⁊ hec nō est in plato q̄ nōē sacerdos di. xxi. id nouo scō o dr cura large ⁊ est ptās eūcēdi, et recipiendi in ecclesia. ⁊ corrigēdi excessus di. xxi. ⁋. j. ⁊ sub hac cura est excōicare. visitare. corrigere ⁊ huiusmodi: ⁊ hanc hr̄e possunt archidiaconi ⁊ alij inferiores. Sed ho. dicit hāc distinctionē se nō intelligere: q: prima nō potest dici cura. nec ꝑm ius cū nullo iure caueatur. nec ꝑm naturalem rationez: immo omnino aliud est cura aliud ptās: cum multi habeāt illam ptātem qui nō hñt curam. sicut sacerdotes nō curati q̄ ex licētia vel priuilegio audiūt pfessiōes aliorum: ⁊ ecōtra multi hñt curam q̄ non hñt illam ptātem: quia nō sunt sacerdotes. Igitur potius dicēdum est q̄ cura est ptās habēdi aliquos in subditos. illis ꝓferēdo sacramēta p se vel aliū. ⁊ alia faciēdo que pinēt ad curā vel salutē alarū vt corrigēdo ⁊ hmōi: ⁊ hāc hz archidiaconus et alij plati curati. Et si nō sint sacerdotes. ⁊ foro pnie absoluere vel alia sacramēta cōferre p se nō possunt si non sunt sacerdotes ⁊ sacerdotibus ista committere.

¶ Quinto. vtz archidiaconus possit excōmunicare: ⁊ dico q̄ in. c. archidiaconi. ⁊ ti. Jo. an. post Jnn dicit q̄ ius cōē est vt ipse ⁊ alij plati iurisdictionē habētes ab epo scopis ex collatōe aut ꝓfirmatiōe officiorū vel dignitatū ad quas assumūtur: sint iudices ordinarij: ⁊ possint excōmunicare. xi. q. j. nemo: ⁊ hoc nisi sint mulieres de pe. ⁊ re. nouis. Et qd dr in. d. c. archidiaconi. q̄ excōmunicare nō pōt. intelligitur vbi est ꝓfuetudo ꝓtraria. q̄ dat iurisdictiōem vel quia excōicare nō pōt cum illa solēnitate de qua. xi. q. iij. debēt. quia illud est ēpi solum. Dicit et q̄ plati habētes iurisdictēm a collegiis: vel alijs q̄ ēpis: excōmunicare nō possunt. Iz habēt alias iurisdictionē: quia ptātē excōmunicādi ꝛcedere non pōt nisi ēpis. xxiij. q. iij. corripiātur: nisi collegium eligeret auctoritate ēpi vel ab ēpo ꝓfirmarentur. vt dictum est. Sciēdum tamē ꝑm archie. q̄ plati religiosorum precipue exēptorum. cum habeant auctoritatē seu iurisdictionē quasi ēpales in subditos suos excōicare pñt subditos suos ex auctoritate suorū priuilegiorū a sede apostolica eis ꝛcessorū. hec ille. sz mihi vt q̄ ex iure cōi possint: tanq̄ plati collegialiter cum nice electi p. c. cū ecclesiarum de offi. ordinari. ⁋ quo. s. excōicario primo. ⁋. ij.

¶ Sexto. vtz solus archidiaconus veniat
5 puniēdus si pñtet indignū: ⁊ dico q̄ archidiaconus hz examinare. pmouēdos ad ordines ⁊ pficiēdos in ecclesiis. vt in. c. ad ho eo. ti. ⁊ hoc ꝑm ho. nisi ex cā ēpo hoc sibi interdicat: qui et pōt ⁊ alios adiungere q̄ simul cum eo examinent sicut ⁊ iterū examinare. Igitur ꝑm glo. si. pmoueat indignū q̄uis ēpo nō videatur puniendus sed archidiaconus qui examinat ⁊ pñtat episcopo indignum. ar. distin. i. iij. si seruus: tamen non est sic: quia tenetur de facto eius qui examinat. cum fiat mandato eius: nisi forte examinator talis fuisset. vt verisimile non sit ipsuz mentiri. vt de pigno. significante: sicut etiam dicunt Innocen. ⁊ ho. q̄ si communis opinio sit de bonitate archidiaconi. excusatur episcopus. ⁊ idem de alio examinatore: quod ꝑm archie. nō videtur intelligendum de bonitate simpliciter scilicet vite. sed de bonitate idoneitate ad examinandū vt. s. sciat in q̄bus sit q̄o examinādus ⁊ fideliter agat: qō est dictū vt sit pruden or conscientiatus.

7 ¶ Septimo vtrum dicentē ēpo sis hūc esse dignum. peccet archidiaconus respondendo: scio q̄ ꝓtum humana fragilitas pmittit ⁊ dico ꝑm Jnn in. c. vnico de scrutinio in ordine faciēdo q̄ si talis ordinandus presentatur a ꝓbio: potest sana conscientia respōdere: dummodo nihil mali de illo sciat arg. de presump. dudum. quod si de eo scit aliquid mali secretum obtinere debet a pte si non potest: vel non sine scandalo: tūc etiā potest sana conscientia dicere: qz non dicit nisi vt minister non vt ipse: ⁊ ecclesia q̄ per illum loquitur nihil scit de occultis: nec dz obmittendo talia dicere indirecte publica retratris crimen secretum. Si vero tale crimen esset publicū dicēdo talia peccare mortaliter. xxij. q. ij. primum nili illud crimen esset venale. vt. xxv. di. ⁋. crimiuis.

¶ Octauo vtrū archidiaconus teneatur: p
8 uidere de victu et quem pmouet: ⁊ dico q̄d si quis sine timio ordinatur ⁊ ex se non hz vt dicit glo. in. d. c. ad hoc tenetur ei pvidere examinator qui pñtauit eū q̄ si non cēt solueudo tunc tenebitur ei ēpo ne ꝓtingat eū mendicare in opprobriū ordinis clericalis qz saltem debebat prius videre ēpo quis a quo: ⁊ ad quem titulū pñtaretur de eta. et nus fecit aliquem scribi ad titulū sui patrimonij ordinandum: ⁊ apparet illum nō habere patrimonū aut min̄ sufficiens: si hoc archidiaconus fecit sciēter. agēt pio cōtra eum qui fuit in dolo. sēdo cōtra ēpm q̄ fuit in culpa: qz dolus ꝓponderat culpe. ff. ad. l. aq. itē si obstetrix. nec obstat exceptio de dolo ordinati ad cuius instantiā factuz est. ho. tñ placet q̄ imputetur ei qui mentitus est: ideoq̄ sibi ipse victum querat. xcj. di. clericus: ⁊ per hocamultio subtraheretur decipiendi materia qui mētiēdo se fecerāt ordinari. vt sustentarentur ab ordinatore vel examinatore ⁊ plz q̄s solus est in dolo: alij vero in culpa solum. Qui aūt se faciūt pmouerī ad titulum siue pauptatis: vt mē dicantes illam sequantur.

9 ¶ Nono vtrum decani rurales instituī debeant ⁊ destitui pez de consensu archidiaconi: ⁊ dico q̄ sic. vt in. c. ad hec. eo. ti. quod Jo. an. dicit melius intelligi ꝑm consuetudinem F. anch. ⁊. vbi tales decani instituuntur ad tpo. p maiori parte per ēpm ⁊ archidiaconum ad quedam officio eis cōiq: ⁊ cō sequenter ꝑm Jnno. vbi non est talis ꝓsuetudo hoc non vendicat sibi locum. Qō si in destinatione aut institutiōe concordare nō possent ꝑm aliquos. vt recitat Jnno. ⁊ Archie. sequi videtur nihil agitur cum vnus sine alio non possit. de offi. dele. causaz nisi consuetudo haberet contrarium: sed tamē alij dicunt noiatum ab ēpo haberet locū cū eius auctoritas sit principalis ⁊ archidiaconi quasi vicaria. ⁊ hoc sequitur Innocen. addens quod si archidia. instituī videt indignuz posset pro iure suo appellare vel als contradicere.

¶ Decimo vtrum archidiaconus possit da 10
re literas commēdatitias. pmouendis ad ordines: ⁊ dico q̄ non. vt in. c. significasti. e. ti. qō glo. intelligit q̄ ēpo est presens. s. in dioceſi. nam si est absens ⁊ necessitas vt vtilitas suadeat ordinādos poterit eos alijs ēpis commendare: ⁊ sic literas cōmendatitias dare: qz eo absente supplet vices eius. vt in. c. i. eo. ti. ⁊ idem posset secundum hos. generalis vicarius ēpi cui aliquis de spālibus casibus commissus est cuz clausula generali. vt de offi. vicarij. c. ij. lib. 20 sexto. sed in presentia episcopi qui sic generaliter cōmisit sine ipsius licentia non debet hoc expedire. de of. leg. volentes.

¶ De archiepo.

Archiepiscopus ⁊ metropolitanus sunt nomina sinonima significantia idem: sed archiepiscopus dicitur ab archos princeps ⁊ episcopus quasi princeps ēpoz. metropolitanus vero a metros. i. mensura ⁊ polis ciuitas: quia sub certa mensura. i. numero ciuitatū constituitur. vi. q. iij. scitote. Iz non sit necesse q̄ habeat illum numerū. s. decem ēporuz sub se vt sibi dz: hz aūt ꝑm ho. iuo pinguius in ēpmq̄ in subditos eius: ⁊ hz iurisdictionem ⁊ eam exercere pōt in tota prouincia. tollendo pranam consuetudinem: ⁊ sulminando sniam excōicationis in seruātes eaz ꝑm Jnno. quem sequitur panor. in. c. ex frequentibus. de instit. ⁊ sentit glo. in sum. ix. q. iij. ⁊ cognoscere potest de crimine episcoporum ⁊ eos punire. vt in. c. sacro. de senten. excommunica. licet non possit pcedere ad eorum depositionem que soli pape reservatur. vt in capitulo secundo de transl. prelat. de causa vero ciuili cognoscere potest indifferenter etiam si subditus episcopi illi si cōueniat: quia coram archiepiscopo debet eū conuenire: sed si episcopus habet cūm contra subditum non conuenit eum coram archiepiscopo: quia non est iudex subditi epi

Universidad de Deusto
Biblioteca

scopi: nec habet in illum iurisdictionem nisi
in certis casibus de quibus infra nec etiam
conuenit eum coram se: quia non debet ec
iudex in propria causa: vnde eiusdem debent
arbitri iuris. ⁊ probantur hec in. c. si cleri
cus aduersus clericum. xi. q. i. Non potest
autem compellere subditum suffraganei
sui ad suscipiendum commissiones eius in
causis. nisi sit consuetudo: de foro. com. ro
mana. lib. vi. ⁊ de offi. or. pastoralis. super
quo. c. dicit ho. q̃ cum episcopus subdit ar
chiepiscopo. quia pinguius suo habet in
eum q̃ in subditum eius. potest episcopus
cogere vt compellat subditum ad suscipiendum: quod si infra certum tempus sibi assignatum hoc facere neglexerit. nec alio quod iustum impedimentum pretenderit: demum potest cogere virtute arg. de offi. or. quanto. in fi. et. c. irrefragabili. §. excessus. et concor. ber. etiam si ab episcopo appellatum fuerat. Iure tamen nouo. archiepiscopus causas que per appellationem vel alio iure metropolitico deferuntur ad ipsum non potest audire seu committere sibi ꝓ sua ciuitate vel diocesi: aut in eis in quibus appellatum extitit vel cause ipse consistunt: nisi aliud sibi competat de consuetudine de offi. or. litigantes lib. vi.

1. q. ¶ Primo vero queritur si in aliquibus casibus archiepiscopus habet iurisdictionem ordinariam in subditos epi: ⁊ dico q̃ sic in multis qui notantur in. c. pastoralis de officio ord. Primus est cum deuiant in diuinis officijs a consuetudine ecclesie metropolitane. xij. di. de his. quod tamen limitat ho. nisi ecclesie prouincie haberent specialem consuetudinem: quod Panor. placet. vt valeat ꝓsuetudo culiscq; ecclesie dummodo sit alias rationabilis ar. c. ō trina. de cō. di. iij. ad quod facit quod not. gl. in. c. i. de sum. tri. in. vi. vbi dicitur q̃ in concernentibus fidem sequi debemus consuetudinem ecclesie romane: in alijs nō tenemur nisi papa disponat. Secundus est qñ subditus episcopi delinquit in diocesi archiepiscopi. vi. q. iij. placuit: quia in hoc casu efficitur aliquis de iurisdictione cuiusli
3 bet alterius. Tertius est si habet ꝓdiuz in diocesi sua extra de to. cō. c. fi. ⁊ iste etiā
4 casus pertinet ad quēcunq; alium. Quartus est si causa detertur ad eum per appellationem de offi. i. ea. primo. ⁊ de offi. ordi.
5 duo sed hoc cāu distinguevt infra. Quintus est cum absolutus ab archiepiscopo non vult parere episcopo de offi. ordinarij
6 ad reprimēdam. Sextus est si causa criminalis sit inter episcopum. ⁊ clericum: quia deduci debet ad synodum in qua archiepiscopus preest. vi. q. iij. c. primo. Septimus est si clericus habet ciuiles causas contra episcopum suum. xi. q. i. si clericus. Octauus est quando episcopus est negligens in eo q̃ facere debet. ix. q. iij. cum hominis: pro quo panor. in. c. ex frequentibus de inili. facit regulam generalem. q̃ sola negligentia episcopi differat iurisdictionem in archiepiscopum. ⁊ glos. in. c. romana de suplen. neg. prel. lib. vi. dicit q̃ in negligentia epi archiepiscopus supplet vices eius nō aūt in delicto: quod limita fm doctores. Panor. in. d. c. ex frequentibus nisi delicta sint notoria. Nonus est qñ defunctus ecclesia idoneos clericos non habet. qd non liceat. Decimus est cum euidens est sententiam epi esse iniustam extra de appel. sollicitudinem. Undecimus est cum visitat prouinciam: extra de ꝓscrip. cum officij. ⁊ de censi. sospite: ⁊. c. cū nuper. Duodecimus ēt pōt addi fm aliquos. ratione notorietatis criminis: que facit vt in sua ecclesia existens sua iuria afficere possit subditos epi delinquētes: qz ij textus in. d. romana in §. notoria. loquatur dum visitatio docto. in. d. c. ex frequētibus illud contēdūt etiam dum nō visitat: sed hoc ēt credo verū in casu. viij. qñ. i. epo est negligēs. vide ēt. §. abso. ij. circa finem.

¶ Scdo. vtrū archiepo suppleat vices epi
p solam vacatōēz sedis epalis. ⁊ dico q̃ ni
ſz capitulus supplet extra ne prel. vi. si epi
⁊. c. eccle lib. vi. ⁊ idem est si sit excoicatus
vt in. c. romana. de suple. ne. pl. vel capta
a paganis. vt in. d. c. si epo: ⁊ idē puto esse
ratione in omni casu quo epo suum officium
exercere ⁊ committere nō possit puta si efficiatur mutus aut vertatur in furorem.

¶ Tertio. vtrū possit ecclesie cathedralis
vacāti dare visitatorem: ⁊ dico q̃ ni
forte capitulum in spūalibus ⁊ rēporalibus
negligēter aut male administret: quia tūc
2 vocato capto. ⁊ cause sup hoc agitate
missa visitatorem seu ministratorē potest
deputare: q̃ ꝓuis habeat legitimā administrationē in spiritualibus ⁊ rēporalibus
tñ illa bñficia que ad solam epi collationem
pertinēt ꝓferre nō potest. si alio ꝓ a romano
pontifice fuerit deputatus. vt in. c. ecclesie
de supl. ne. prel. lib. vi.

¶ Quarto. vtrum cessante suffraganeo
suorum negligentia possit visitationes
rare ⁊ recipere procurationes: ⁊ dico q̃ ni
non obstante contraria consuetudine

visitat pōt confessiones subditorū suffraganeorū audire ⁊ absoluere ⁊ iniungere pniaz
extra de cen. ppetuo. lib. vi. sed vtrū aliquid
possit recipere. vide. i. visitatio. vbi de visi-
tatione eius multa dicentur.

5 ¶ Quinto vtrū absoluere possit subditos
suffraganeorū suorū: ⁊ dicit se. in. c. ppetuo.
de censi. li. vi. q̃ eos nō pōt ligare vel solue
re nisi dum visitat. vt textus innuit: nec
etiam absoluere ab excōicatione minori. vt
in. c. nuper. §. i sedo vero de sen. ex. ⁊ hoc ve
rum. nisi p appellationem cū ad eum deuo
lata sit vel in casibus sibi speciali iure
permissis: de quibus dictum est: sed tamen
de his etiā vide supra absolutio. ij. dubio.
v. vi. ⁊. vij.

6 ¶ Sexto vtrū possit celebrare ꝛcilū in rēdsi
to priuate: ⁊ dico q̃ sic. d. lxxxij. si ds epo va
cans. ⁊. ix. q. iij. c. ij. ⁊. iij.

7 ¶ Septimo vtrū possit facere crucē porta
ri ante se: ⁊ dico q̃ si transiens p dā vlo loca
lia. puincie ⁊ benedicere ppto: in pontifica
libus ⁊ sine pontificalibus celebrare ⁊ cele
brari facere tam in locis exemptis q̃ non
exemptis: que ēt sūt facere pōt epo etiam
in locis exēptis sue diocesis. vt in cle. archi
epo. de priuile. sed tamen vt ibi dicitur hec
fieri debent sine exemptorum preiudicio.
Multa alia tangentia archiepiscopum. vi
de infra episcopus per totum. ⁊ infra pal
lium. ⁊ prelatus per totum. ⁊ supra absolu
tio. ij. §. vij. ⁊ sequentibus.

¶ De archipresbytero.

Archipresbyter princeps dr alio
rū presbyterorū. i. sacerdotum: ⁊ du
plex est. i. rurialis qui preest solū
modo plebi. vt in. c. fi. de of. archi-
pres. ⁊ ciuitatēsis siue ecclesie cathedralis
qui alio nole dr decānus. vt in. c. ad hec. de
of. archi. ⁊ est sub archidiacono ⁊ eius pce
pto dz obedire. extra eo. c. i. vbi dicit gl. q̃
archidianus est minor ordine cum ille sit
presbyter iste diaconus: sed dignitate ⁊ ad
ministratione est maior: qd fm Inno. vez
est vbi sic est de consuetudine ⁊ inspectantibus ad officium archidiaconi de iure vel cō
suetudine. In aliquibus autē ecclesijs vbi
non est archidiaconus sed archipresbyter
vel prepositus tantuz loco archipresbyte-
ri ad talē archipsbyterū vel ꝓpositum vltra
diacono dñr. pur hz consuetudo loci que in
huiusmodi dat iurisdictionem.

1. q. ¶ Primo vero queritur quod sit officiū ar
chipresbyteri ciuitatensis: ⁊ dico q̃ eo i. c.
officium. extra de of. archipres. sic dicit. Of-
ficium archiꝑsbyteri de vrbe constat. quā
do ibi psul deuerit vice eius officiū ꝛcho a
re: benedictiones psbyterales in ecclia da
re missaz qñ voluerit cantare: vel cui de sa
cerdotibus iusserit: qñ vero epo missaz ca
nit dz ꝓcipere sacerdotibus vt induāt seve
stimentis sacris ⁊ qualiter ad missam pro
cedant. Debet enim precipere custodi eccle
sie vt in sacrario ecclesie eucharistia christi
propter infirmos non deliet: debet infirmis
prouidere ⁊ prouidendo precipere sacer-
dotibus ne forte sine confessione vel consti-
tutione corporis ⁊ sanguinis domini nostri
iesu xpi moriantur: confessiones corū q̃ a so
ris venium recipe cum omnibus sacerdoti
gnam dz illis adhibere curam. Ad xpiā-
tes: ⁊ ad succurrendum oia a sacerdotib⁹
per iussionem illius fiant. hec ibi. vbi dicit
glos. in verbo benedictiones. i. in matutinis qñ debent legi lectiones. Et dicit etiaz
in verbo sine confessione q̃ si culpa vel ne-
gligentia presbyteri moriatur infirmus sī
ne confessione reus erit anime illius. xxvi.
q. vi. si psbyter. Et rursus dicit i ꝛbo foris
venitur. i. extra ciuitatē: ⁊ est argumētū in-
quit q̃ ālz de epatu pōt ecclesia maiori sa
cramēta recipe qd vez est. ar. di. i. in capi-
te. nec est cōtra q̃ dr dē pe. d. vi. q̃ epo non
dz recipe prochiā alterī epli: qz tūc nō recē
pit parrochianū alterī sed suū: qz oēs tē
ris vt hic dr. Et sūt in verbo cū oib⁹ sacer
dotibus dicit Io. an. i. oi m sacerdotū: qz ⁊
ipsi archiꝑsbytero ꝓfiteri debēt fm Inno.
vel fm hostien. hoc intendit q̃ si ipse ppter
multitudinē non sufficit ad ꝓfessiones audiendas aliis sacerdotibus cōmittit.

¶ Scdo q̃ritur qd sit offm archipresbyteri
ruralis: ⁊ dico q̃ de eo in. c. fi. de of. archip. 2
sic dr. vt singule plebes archiꝑsbyterū habeant. ppter aff duā ppli dei curā: q̃ nō solum impiti vulgi sollicitudinem gerat. vez
etiam psbyterorū qui p minores titulos. i.
ecclesias habitant vitam iugi circūspectione custodiat: ⁊ qua vnusquisq; industria diuinū opus exerceat epo suo renūciet. Nec
obtendat. epo non esere plebem archiꝑsbytero quasi ipse eam gubernare valeat: qz et
si valde idoneus sit: decet tamen vt sua one
ra partiatur. ⁊ sunt ipse matrici ecclesie. p
est. ita archipresbyteri prestint plebibus: vt
in nullo eiubet ecclesiastica sollicitudo. Cō
tra tamen referant ad episcopuz nec aliqd
contra eius decretum ordinare presumant

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hec in d.c. vbi dicit glo. q̃ sicut c. Pcedēs: de quo. f. in prioi §. loquit de ciuitateli archipresbytero: ita ꝓ̃ loquit de rurali: q̃ in tuscia cõiter dr̃ plebanus: alibi decan⁹. Et in ꝓ̃o referat dicit: pter minora q̃ ipse determinare. pōt cum habeat ordinariã iurisdictionẽ. vt in. c. cũ ad ecclesiã. de of. ord.

3 ¶ Tertio. querit vtꝝ archipresbyter ciuitatẽ ꝑ̃o absoluere possit a casibus ẽ̃p̃o reseruatis: ⁊ dicit ꝓ̃ot. q̃ non sine commissione spãli: quod verꝝ credit Joã. an. de pe. ⁊ re. si ẽ̃p̃o lib. vi. ij absoluere possit oẽs de ẽ̃p̃atu a nõ reseruatis: vt dictum est. Nõ pōt etiã solẽnter penitentem reconciliare ẽ̃p̃o non consulto ꝑm glo. in. d. c. ij. nisi eo absente in maxima necessitate.

4 ¶ Quarto. queritur vtrum archipresbyter ruralis possit absoluerẽ omnes de ẽ̃p̃atu ad eum accedẽtes: ⁊ dico q̃ non nisi quantum ẽ̃p̃o el dat auctoritatem: q̃ solus ꝑesset plebi. ⁊ nihil ds̃ facere sine relatiõe ad ẽ̃p̃m. f. quãtum ad maiora. vt in. d. c. fi. pōt tamen a nõ reseruatis absoluere oẽs pmẽtes ad ecclesias que sunt sub suo plebanatu: vt ꝑ̃ quia vt dr̃ in. d. c. fi. sicut ẽ̃p̃o ecclesie matrici ꝑesset. ita ipse ꝑesset plebi: ij glo. dicat q̃ li sicut nõ dicit siue non notat omninodã li mitẽ sed aliqualẽ: q̃. f. ds̃ auctoritatem ab ẽ̃p̃o: ⁊ non pōt terminare maiora.

5 ¶ Quinto. vtrum archipresbyter ruralis habeat auctoritatem instituẽdi seu ꝓfirmãdi ꝑsentatos a patronis in ecclesijs q̃ sunt sub suo plebanatu: ⁊ ꝑm archie. certum est q̃ de cõsuete non pōt: secus ex consuetudine ꝑesertim tripta licet accidit in archiepiscopatu florentino: quia vterq̃ archiepõs. f. ⁊ archipresbyter ruralis seu plebanus pōt cõfirmare ꝑsentatum sibi: ⁊ ad quem primo ꝓcurritur ille expedit.

¶ De argumẽtatione iuridica.

Argumentatio est illatio ꝓbatis ex antecedente cum sit ꝓna quedã: ⁊ sic arguere est id q̃ implicite cõtinet in vno explicare: vt tu es homo. ergo habes rationem: argumentatio autem iuridica est illatio ꝓbatis ex antecedente iuridico siue contento in iure: ⁊ arguere iuridice est illud quod implicite ⁊ virtualiter continetur in vna lege vel sma legali explicare: sicut cum dicitur de vno simili inferr̃ de alio. vt de consti. translato: vnde argumentatio iuridica est quedã exp̃ssio iuris siue legis.

1. q ¶ Primo ꝓ̃o querit vtꝝ valeat argumentatio a simili: ⁊ dico q̃ sic. ij. q. f. multi. in gl. ⁊ de constitu. translato: ⁊ ibi dicit Panor. q̃ vbi est casus similis. ⁊ ds̃ casum sp̃alem fit cõtrarium: extensio fieri non ds̃: q̃ non debet fieri correctio legum ex similitudine ⁊ ratione: vbi aũt ꝓtrarium nõ reperitur ibi fiet pōt extensio: ⁊ sic intellige. l. non pñt. §. si. ⁊ hoc no. Bar. in. l. nõ dubium. C. de test. vbi dicit idem esse in ꝓfuetudinibus ⁊ statutis p. l. de quibus. ff. de leg. Et sic nota q̃ statutũ municipales cõsuetudo possent ad alios casus ex idẽtitate rõnis extendi: dũmodo illi casus nõ habeant legem cõtrariam: sic intellige quod notat̃ in. c. nostra de iudi. vbi tenuerunt multi ⁊ male. q̃ statuta non ds̃ extendi: q̃ est strictꝝ iuris sed vt dicit. ibi. ds̃ extendi: q̃ est strictꝝ iuris sed vt dicit. ibi. liud ꝓcedit quando extensio fieret cum legis correctione: aliãs secus. Non ds̃ etiã fieri in penalibus: nisi id entitas rationis sit expressa vel indubitate presumpta. vt eundem in collectione glosarũ clemẽ. de rem. de rescrip.

¶ Secũdo. vtrum valeat argumentatio a nolo ethymologia: ⁊ dico q̃ sic. xvi. q. i. placuit. el primo. ⁊. ij. sed limita primo quando let solum negatiue: quia valet nõ est testamẽtio mẽtis ergo nec testamẽtum nõ autem ecõtra est testatio mentis ergo testamẽtum. secũdo valet solum in noie appellatiuo: q̃ ꝓpria ad placitum imponunt̃: vt no. Bar. in ꝓhemio insortiat super rubrica: tertio valet solum quando nomen sumitur ex essentiali natura sua secundum Panorm. in. c. primo. de iudi. vt mutuum et testamẽtum. Nam hoc verum est: testamẽtum est testatio mentis. l. i. ff. de testamen. vbi ergo non est testatio mentis nec testamẽtum: sicut mutuum est quod de meo tuum fit. l. ij. ff. de certum peta. vbi ergo de meo non fit tuum non est mutuum. Secus autem quãdo imponitur nomen ex eo quod deberet inesse nominato: sicut imperator dicitur augustus. quia deberet augere rem publicam: licet non auget tamen imperator est: vt notant in prohemio. ff. veteris: papa similiter dicitur pontifex. quia debet esse pontifex ꝑ̃ virtute exemplaritatẽ: quod si non facit tamen pontifex est. vt in. c. primo. de cõ. libro sexto. Sic igitur intellige insti. de iure. in principio. ff. de verborum significatione. l. bonorum. ⁊. l. malum. C. de defen. ciui. l. defensores. ⁊ secunda institu. de donatio. §. est ⁊ alias. C. de fertio. lege a nullo. C. de officio prefecti vrbis lege prima. Ex quibus patet quod argumentum sumi potest a nominis interpretatione. Et sic limita secundũ Bal. nec fallo milite qui arma bellica deposuit illum puerbium: si noie primeris. nec res habeas

mereris. esse verꝝ. si nomen significat substãtiam vel qualitatem necessariã in esse alicui subiecto. vt. ff. de fideicom. li. l. Inciꝰ ⁊. ff. de pac. l. tale pactuꝝ. §. fi. secus si significat solã simplicẽ demonstrationẽ. ff. ꝑ̃ rem. q̃ scholares scholas intrantes. nõ ãt attendentes nec studentes: nõ gaudẽt priuilegio scholarium. vt ds̃ Jo. de li. in ꝓhemio clemen. adducens nota. per glos. in. l. vna. C. de seu. li. vt. ro. ⁊ videt̃ textus in. l. si quis. C. de dome. prote. Et idem si in hoc neste viuũt. C. de curio. ⁊ sta. l. agẽtes. aliãs incipit p id tempus. Et similiter qui sunt de collegio alicuius artis. artes illam nõ exercentes. non gaudent priuilegio eius: vt no. bar. in. l. semper. ff. de iu. immu. p illum textum in. §. negociatores. xvi. q. i. generaliter. Et faciũt iam cõtra scholares ⁊ artifices. ff cõtra eorum rectores: q̃ gratiant litigantes cum eis rõne priuilegiorꝝ. Et ideo ꝑm aliquos si hoc sit manifestum tenentur rectores ad restitutiões eorum in q̃bus plus sunt grauati: ⁊ sicꝝ scholares si tales sunt q̃ non gaudeãt ꝗuis nõ sit manifestum: sed hoc forte non est verũ nisi in foro conscientie.

3 ¶ Tertio querit̃ quot modis valet argumentatio in iure: ⁊ dico q̃ valet primo a simili eo mõ quo dictum est. Et secundo a nominis appellatiui ethimologia: a nomine autem proprio sit quidem argumentum sed inualidũ vñ hoies querũt nomina bona. ⁊ dicebat vxori Jo. an. q̃ si vẽderent deberẽt emi pcio magno. vñ ipse extollit ꝓprium nomẽ suũ in ꝓhemio cle. et similiter accursius in. l. facta. ff. ad trebel. quia ex horrido nole sepe iterpretãtur homines sinistruꝝ putãtes. ab eventu prauo ipositum. Et tertio ab oppositis vel ꝓtraꝝ. vsq̃ q. i. sciẽdum. Et quarto ab exemplis gẽtilium. de verbo. signi. fortus: de cõ. d. i. c. i. Et ãnto ab auctoritate. xxiij. q. i. dixit: ꝗ̃ valet solũ affirmatiue ꝑm dialecticos. Valet et multis alijs modis: p quo vide bal. in. l. ꝗuentículam. C. de epis. ⁊ cle. vide et. f. lex.

¶ De arra.

Arra vt̃ eẽ signum siue argumẽtũ ⁊ vadimoniuꝝ siue securitas q̃dã realis: est duplex. vna. f. data in signum et securitatem emptiõis ⁊ venditionis ꝓtracte vel contractus equi sepe. in prin. ff. de contrahen. emp. que ad ueniente solutione cessat esse arra. ⁊ transit in pretium. de quo vide. l. ij. C. qñ li. ab emp. rece. ter. ⁊ docto. et hec pōt appellari arra realis. f. data in signum pro revenali ⁊ pcio mẽsurabili. Alia est que datur sponse in signũ ⁊ securitatem matrimonij contrahendi et dr̃ arra sponsalitia: q̃ aduenẽte matrimonio pdito nomine arre transit in donum vel dotem vt annulus pecunia et hmõi: ⁊ huiusmodi arre datio subarratio dr̃ que fit precipue per anuli immissionẽ ⁊ vulgo dicit desponsatio.

¶ Primo vero q̃rit̃ vtꝝ post realis arre dationẽ possit quis recedere a ꝓtractu: ⁊ dic q̃ non si data est nole arre et in partem solutiõis fiende: q̃ cũ pars pcij soluta est res non est integra C. qñ li. ab epis. vi. l. vnica. 1. q.

¶ Secũdo. vtꝝ is p quẽ stat̃ ne cõtractus ꝓficiatur quãdo aliquid datum est solum p arra. aliq̃d perdat: et dico q̃ is q̃ eaꝝ dedit eaꝝ pdit. q̃ vero eã recepit. restituet duplicatã insti. de emp. et ven. §. in his. 2

¶ Tertio. querit̃ quid operet̃ arra sponsalitia. siue datio arre que subarratio dr̃: et dic q̃ si hoc inter sponsum et sponsam. fiat ꝑsumit̃ pro matrimonio: nisi ꝑ̃ contrarium: vel esset contraria consuetudo: vel etas repugnaret: vt notat̃ extra. ō despõ. impu. c. tue: si ꝓ̃o hoc fiat a parẽtibus sola sponsalia contrahuntur vel ꝑsumuntur vt ibi dicit glo. q̃ tñ intellige p modũ quo a parẽtibus sponsalia contrahi possunt. de quo infra matrimonium. ij.

¶ Quarto. vtꝝ restituat̃ arra sponsalitia non secuto mãrimonio: ⁊ dico q̃ si secutum nõ fuerit absq̃ alterius culpa. vt p supueniẽtẽ mortẽ vel religiõis ingressum. et huiusmodi. sic restitui ds̃ arra simpliciter. si ꝓ̃o sequit̃ propter culpam dantis arrã p dit illã: si ꝓ̃o. ꝓpter culpã recipiẽtis restituet eã in duplum. C. de spo. l. arris. ⁊. l. fi. Quod verum est si accipiens sit maior. xxv. annis. aut si veniam etatis impetrauit et eam in competenti iudicio ꝓbauit aliãs tenetur solum in simplum. vt in. d. l. fin. et ad illud simplum cum sit pena ꝑm aliquos non tenetur in foro penitẽtie nisi fuerit ad hoc facta condẽnatio: vt colligi potest ex notatis per glos. ij. q. ij. fraternitas. Et ō hoc. f. hereticus primo et assassinus. §. vltimo. f. ⁊ de hoc ⁊ ō multis alijs spectantibus ad hanc arram. infra sponsalia. ⁊ infra pena. 4

¶ Arrogantia infra supbia.

¶ Arrogatio vide supra adoptio.

¶ De artibus ⁊ artificibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERs est recta rō rex a nobilo facti bilium ꝓm arl. in lib. ethi. ⁊ ꝓprie dr̄ de mecanica q̄ dividitur ¡ sep tē ad quas oēs reducūtur q̄ his verbis cōtinētur. lana nemus miles navigatio rus medicina. his ars fabrilis cō numerari pōt. Dicūtur tñ ⁊ q̄dam scie speculatiue artes. qz. l. ordinār̄ ad aliqd opus rōis dirigendum: et sunt sūr̄ septem de quibus nihil ad nos.

1.q. ¶ Primo ꝙ ergo ūtur vtr̄ ars sive corporale exercitū licite exerceri possit: ⁊ dico q̄ sic si ista cōcurrant. ꝓio q̄ hnie exercenti nō sit spāl'r, phibitū: sic clericis q̄dū, phibentur vt infra clericus. ix. p totū secūdo q̄ nō sit etiā, phibitū'r illicitū ex se. l. naturali iure nec adeo sive diuino iure. nec ab ecclesia vl̄ iure cluſi: sicut exercitū feneratīdi: ꝛoē qd̄ fi nisi ad pcūm ordinatur. tertio q̄ fiat ōbitis circūstātiis: puta debito tēpore nō festino: debito loco ⁊ nō in ecclesia debito mō et nō cum fraude dolo vel mendaciis. quarto q̄ fiat recta ¡ tentione. puta ne torqeat oculo: vt ex lucro subueniat suis vel alienis indigētibus: vt decenter viuat ⁊ huiusmodi: quibus currētibus est ipossibile aliquid esse illicitum: cū oē illicitū sit vel qz est ꝓhibitū vel qz est malum de se aut ex circumstantia aut ex fine vel intentione.

2 ¶ Secūdo vtr̄ licite inter se cōuenīāt: paciscantur artifices vt non istruant alios. aut nō vendant nisi certo modo: ⁊ dico ꝓm ino. i. c. significante de ap. q̄ peccant si hoc faciunt fraudulenter: secus si ex priuilegio vl̄ consuetudine. C. de mono. l. vnā. vel dicit q̄ hoc locū hz de pōnis ⁊ rebus. de loco ī tūbi fit vēditio bñ licet paciscl. Vel dic tu q̄ pactum de nō istruēdo alium simpliciter ⁊ vniuersaliter factum nō tenet: illicitū est: qz instructio aliq̄ pōt esse bona ⁊ debita. vñ si ſiteruenīret iuramētum esset de nō faciendo aliqd bonū ⁊ pñr mortale: licite tñ pōt quis aliqñ negare istructōem: sic licite aliqñ nego ekyam ⁊ tñ nūq̄ licet paciscl de nō danda ekya: si autē fiat pactum de nō istruēdo alīū nō simpliciter. sed i aliquo casu. aut nisi concurrat aliqua ꝓditio potest esse licitū si ex legitima causa fiat. Et idem dico de pacto non vendendi.

3 ¶ Tertio vtrum liceat facere arma ⁊ vena quibus homines leduntur aut mortiuntur: et destinguit ray. quo ad intentionem ⁊ quo ad opera ipsa sic. Si. ent artifices hec faciant aut vendant vt homines talibus abutantur vel donēt aut vēdant his quos sciunt aut crediūt abusuros: mortaliter et grauissime peccant. et rei sunt omniū que inde sequuntur. xi. q. iij. precipue. xxvij. q. ij. ll tu. et omnium debent penam subire cum sint cooperatores. ij. q. i. notandum. Si vero habuerunt intentionem bonam: quia scilicet credebant ista emi propter aliquem licitum vsum: vel animo indifferenti nihil super hoc cogitarunt: vel ignorabant illicitum esse talia facere aut vendere. sub distinguendum est. Nam si ista vtilia esse possunt ad vsus humanos. vt arma in bello iusto. et quedam venena in quibusdam medicinis. vel etiam in coloribus aptandis ⁊ huiusmodi non peccant nisi ratione corrupte intentiōis vt dictum est. vel nisi ex qualitate temporis et persone dictaret conscientia aut dictare deberet q̄ ista non queruntur nisi ad malum: quia tūc vendendo peccarent. xxiij. q. v. occidendis. ⁊. v. q. v. non omnis. sicut vbi gratia hz ray. nō dicat peccare vendendo arma offensiua puta lanceas. gladios. sagitas. machinas. iniuste bellantibus. Si hoc est manifestum: quia cooperaret peccato eorum: in dubio autem videtur vendēdo excusabilis ꝓm aliquos. quod verum credo si timens imperatur ab alio non si imperat: ⁊ ratio pz quia eo casu si vēdit imperēti exponit se periculo iniuste nocēdi: si nō vendit ei qui imperitur exponit se periculo nō iuuandi eum qui debet iuuari. In armis etiam defensiuis puta galea thorace. ⁊ huiusmodi quidam credunt q̄ excusatur vendēs etiam in bello manifeste iusto. quod ego verum credo si emēs imperitur non aliter: quia sunt occasio exercendi offensiua. Si aūt ad nullum vsum sunt vtiles nisi ad peccādum. sicut q̄dam venena mortifera. ad nullum bonum vsum vtilia peccāt faciēdo. tenendo. vendēdo. vel alias alienādo talia. xxi. q. j. c. i. de cō. v. iucarie: argu. de libello famoso quez nō debet quis ostēdere sed destruere: aliqn peccaret grauiter. v. q. i. per totum: et est optima lex. ad hoc. ff. de contrahen. emp. l. quod sepe. vbi ponitur talis regula q̄ flagitiose vel idest que nullomodo per aditionem alterius potest esse vtilis vsui humano nec emptio. nec mandatum. nec fideiussio valere potest: ⁊ idem tenet Innocen. in. c. i. ne cle. vel mo. qui dicit q̄ in hiis nullo modo licet negociari: ⁊ cōcordat predicto ho. ⁊. s. tho. Sz tamē aduertendum est q̄ suple. inter ea q̄ nulli vsui humano sunt apta ponit exēplū ō q̄busdā sumptuosis camisiarū sutrīis: quas pcipue facilis

hispani dantes ꝓ factura vnius camisie: interduz plus quadruplo iñ pro tota camisia: sed hoc non est verum qz veniunt i vsuz ornamenti quod aliqñ licere pōt.

4 ¶ Quarto. vtrum liceat facere aut vēdere aleas taxillos ⁊ chartas ⁊ huiusmodi: ⁊ dico q̄ quo ad factores taxillorū oēs ꝓuenīūt q̄ de tali artificio viuere non hz: qz horum vsus vt in pluribus est ad malum: ⁊ ꝓ. di. cit q̄ non est secū de talibus viuere quorū vsus frequentius est ad pcūm q̄ archie. intelligit de mortali: vñ tales non sunt absoluendi nisi dimittant. de pe. di. v. falsas. ⁊. c. fratres quo ad factores aūt aleārū seu tabularū archie. dicit idem quod ⁊ de taxillis sed quidam alii dicunt non esse simile: quia eis frequentius inditur ad sublevationem tedij vel taboris: ⁊ idem de scachis: ⁊ hanc opinionem supple dicit veram si sine peccato luderetur q̄ ho. non videtur: alīs idē dicendum est de hys quod de taxillis. ꝓpter eandem rationem: qz vbi modo ratio cadē est ibi idem ius. l. illud. ff. ad. l. aquil. Quātum ad chartas quoq: idem dicit archiep. quod de taxillis. Sed tu dic q̄ circa hec et similia habetur vna maxima ex. s. th. xxij. q. clxix. ⁊ pisa. ⁊ archi. q̄ nullus potest vendere ea quibus homines bene vti non possunt: nec quibus vtplurimuz homines male vtuntur nec quibus vtuntur bene ⁊ malum comparantur. Aleis autē ⁊ taxillis et chartis non vtuntur vt in pluribus horis ad malum plusq̄ iucis maxime mortale et si forte ad veniale: ⁊ ideo nō est in malo statu qui talia facit aut vendit nisi vendat ei q̄ probabiliter dubitat huiusmodi vsuruz ad mortale. Unde hz sit ei consulendū vt abstineat: non tñ est absolutio deneganda: qz si leges ꝓcedūt in casu ludū aleārum vt patebit: etiam ipsam earum fabricationem ⁊ emptionem concedunt. In aurea autez rosa non determinaut ex propriō: sed opinionem ꝓdictorum recitaui.

5 ¶ Quinto queritur quid de factoribus aut venditoribus iucorum ⁊ aliorum ornamētorum ⁊ summa ang dicit q̄ facientes taxillos: chartas: pompas: curiositates ⁊ huiusmodi. que vt frequentius sunt peccatuz mortale his qui vtuntur absoluī nō debēt nisi a tali arte abstineant. Sed. q. tho. xxij. q. clxix. dicit q̄ qz mulieres se possunt ornare vt conseruent decentiam sui status: vel etiā aliquid addere vt placeant viris suis consequens est quod artifices talium ornamentorum non peccent in vsu talis artis nisi forte inuenīēdo aliqua curiosa ⁊ superflua. archi. aūt distinguit dicēs q̄ vēdendo his de quibus sciunt aut credunt q̄ vtētur ad pnocandam lasciuiam est mortale: qz cooperantur talibus in crimine. ij. que. i. notuz. hoc tñ non debent de facili credere nisi appareant signa manifesta vt in meretricibus: quia nemo est iudicandus immemor salutis eterne. i. q. vij. tubemus: sed vbi hoc ignorant vel non considerant: sed soluz ad uertunt de vanitate cuz talibus vti possint mulieres cū mortali ⁊ veniali: et licite ꝓm Ciriaē excessus ⁊ intētione earū: cū etiā sit temerarīū iudicare q̄ intētio earū vt in pluribus sit lasciuia aut inanis gloria que sit mortale: excessum ēt esse tñ q̄ faciat mortale sit difficile discernere nō videt q̄ hmōi artifices peccent mortalr cū minus sit ista facere aut vēdere ꝓ eis vti: qd̄ vti ēt in fuiulam puocat nō est mortale vt in plurib⁹ his forte dicatur q̄ mulieres vt in plurib⁹ his vtunt vt placeant viris alienis: saltem ad inanē gloriā ad qd̄ tñ dr: q̄ inanis gloria ex genere suo est veniale vt dicetur.

6 ¶ Sexto vtrū ars balistariorū. l. exercendi balistas q̄. l. ad artē militie reducit sit licita. ⁊ dico q̄ sub pena excōicationis ꝓhibetur inter xpianos de sagita. c. vnico. sed cōter intelligit primo ꝓ ta catholicos: ⁊ secūdo in bello iniusto ꝓm gl. ⁊ doctores ibi: qd̄ ēt euidēter, pbat ꝓm aliquos qz vt dicēt infra excōicatio primo: excōicario nūq̄ inserī a iure nisi, p eo qd̄ est mortale: ⁊ ꝓñr nec etiā cia belli licitum est quibuscunq̄ armis vtī ⁊ pugnare nec attinet ad iusticiam vtrum q̄ dñs. pugna aūt balistarū videtur pugna ex insidiis. Dicūt tñ cōiter doc. q̄ ille canō non est late sed ferende snie.

7 ¶ Septimo vtrum licita sit ars histrionatus: ⁊ dico q̄ histrio est qui sua persona iubeatum tho. xxij. q. clxvij. ⁊ alios doc. est licita si fiat moderate. loco: tempore. ⁊ a personis congruis. i. lascia: quia ordinatur ad solatium hominibus exhibendum: qd̄ humane vite necessariuz est sicut cibo sal. ⁊ eo casu licite pcipiunt mercedē: alīs esset peccātum mortale vt si fiat sitia tempore pnie: vel in ecclesia vel a personis ecclesiasticis aut cum iniuria dei vel proximi: puta. cū verbis turpibus aut actibus representantib⁹ turpia aut incāntionibus qd̄ ptz qz talibus corpus xpi denegatur. vt in. c. p dilectione. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

co.di.iij. vnde non sunt absoluendi. Et de talibus loquitur cypianus in.d.c.p dilectione. & aug.di.lxxxvj. qui donat vbi dicit magnum esse pctm dare aliquid talibus pro opere suo qz in scelere suo ponent: et illud pctm videt mortale: qz est cooptio ad mortale: & illud qd datur pinet ad turpe lucrū erogādū pauperibus de pfillo. Addit tamē ꝓ.h. & rodo. & sum. confes. non esse mortale si quis talibus dat ne ab eis infametur aut vituperetur: siue etiam si eis datur ad necessitatem sustentande nature secundum rodo. vtrum autem possit talis ordinari infra ordinandus.

8 ¶ Octauo vtrum licita sit ars facientium ex sua pſona ludū cū pientiovite vt qui gradiuntur p cordas in sublimi & hmōi: et dico q̄ non rōne piculi: sed est pctm mortale: non obstante q̄ non moriantur in pluribus qñ sic ludunt sed semel tm: qz sufficit q̄ in pluribus moriantur tales artifices: & si nō in pluribus saltem frequenter & sepe. vnde torneamenta sunt pḥibita sub pena puationis sepulture hac ratione: qz ibi homines sepe moriuntur. extra de torne. c. j.

9 ¶ Nono. vtrum licita sit ars facientiuz instrumenta musicalia. & dicit archie. q̄ cum vsus eoꝝ de se sit licitus: licita est eorū formatio & vendicio: sed tamen in vsu eorum potest multipliciter esse peccatum. s. vtendo ad lasciuiam: vel ad ninfam complacēdam sensualem: per maxime vero in diuinis officijs pulsando in organis ballatas: & cantiones laicales: quod videtur magna irreuerentia dei: & si non multi quidam tñ carnales & vani percipiunt de cantionibus vnde magis ad carnalia ꝗ ad spiritualia trahuntur: sed vtrum mortale aut veniale sit viderint ipsi facientes. hec ille. Sed ista procedunt quando cantiones sunt lasciue habentes verba aut turpia. aut incentiua carnalis amoris. & sunt facile vsitate ita q̄ verisimile est aliquos ista percipere: secus vbi non sunt vsitate qz per accidens & raro esset q̄ aliquis inde moueretur ad malum que autem rara sunt sub arte non cadunt: sicut ex figuris sanctorum aliqui male mouentur: nec tamen penitus auferuntur de ecclesia: quia alij plures inde mouentur ad bonum.

10 ¶ Decimo vtrum licita sit ars propter lucrum ludentium in timpanis siue taburis & tibijs & violis & huiusmodi. qui. s. congregant homines ac mulieres aut ad loca vbi congregantur accedunt vt ibi lucrentur: et dico q̄ de se. i. in omni casu ista ars non est illicita: qz sicut organiste ita & alij musicates licite conducuntur vt ludāt in diuinis & causa honeste & necessarie recreationis de conse. di.iij. peruenit. & similiter vt videt ꝓ castis nuptijs: alioquin totus mundus destruaretur: vnde non potest esse illicita nisi ex intentione vel circunstantia loci rei pcedit & hmōi. que quando sunt peccatuz mortale: videre non est facile: vnde sicut nō denegatur absolutio correizantibus ratione cuiusmunis periculi: sed solum ratione male intentionis: ita nec istis videtur denegandum licet consulendum sit vt aliunde lucrentur & viuant. De arte notoria infra sortilegio secundo.

¶ Articulus fidei. Fides.

¶ Articulus mortis supra absolutio primo. ¶. quinto.

¶ De assassinis.

Assassini dicūtur dupliciter. s. proprie & transumptiue p quandam similitudinez siue vulgariter. Assassini. ꝓprie qui fuerint sunt opinionis. Nam quidam dicunt q̄ sunt quicūq̄ sub aliculus dñio p pecunia occidunt homines ad aliculus instantiam: sed tota ista opinionem nunc mundus esset plenus assassinis vel receptatoribus eorum & fuerunt merabiles subijcerentur penis capitalij p humani. de ho. lib. vj. nec haberet locum. c. solum in certo genere homi. qd non obstat consuetudo & etiam rō non patit. Primo qz oēs assassini sub vno domino vnum vt colligitur aperte ex textu. d. c. ibi. cū dicit q̄ nonnulli magnates taliter perimunt. Secundo qz sunt infideles quod pz. ny q̄ dicit ter. q̄ magnates ab illo eorum domino redimunt vitam non absq̄ xpiane obiectatis opprobrio: tum qz ipsis assassinis nulla imponitur pena que magna imponitur mandantibus & recipientibus. vel occidentibus: cuius nulla potest esse ratio: nisi quia sunt infideles: de quibus papa non vlciscit cum foris sint. Glo. vero in verbo locum dantes. sic dicit. Assassini mortem nominant: & dicuntur esse del vezo data magna. & additio habet quod iste est quidam barro sarracenus: & prout dicitur fuit fuit seruiens ita nutriti quod parendo mandato dñi sui credūt saluari: & fm hostilitatem xpiani principes p tales occisi sunt. et hanc opinionē sequit summa pisa. dicēs q̄ assassini fuerunt & forte adhuc sunt quidā infideles q̄ ex quibusdam falsis opinionibus facili mittebantur ad occidendum quicūq̄ xpianum non curantes si ob hoc occidentur & ipsi contra quorum pestē Inno. quartato in.d.c. statuit vt quicūq̄ princeps: vel pōne persona: quēpiam xpianorum per predictos assassinos interfecerit: vel mandauerit: quod mors forsitan ex hoc non sequatur aut eos receptauerit vel defenderit: vel occultauerit: excōmunicationis & depositionis a dignitate ordine honore: & beneficio incurrāt ipsos ipso facto: & illa libere aliqs per illos ad quos eorum collatio pertinet conferantur: sint etiam cum omnibus suis bonis expoliti christianis & perpetuo diffidati: ita q̄ ex quo de predicto: vel aliquo predictorum pbabilibus constiterit documentis: nulla alia excōmunicationis depositionis seu diffidationis sententia requiratur.

¶ Primo vero querit vtrum ista constitutio locum habeat solum in certo genere personaz. i. assassinis propie: an generaliter in omnibus assassinis etiam vulgo dictis: qui. s. licet sint fideles tamen assassinorum more christianos occidunt accepta pecunia: & dico q̄ Joā. de imo. & dominus Dominicus de sancto geminiano. in.d.c.p humani tenent q̄ habet locum generaliter: nec refert q̄ sint sub aliculus dñio p pecunia occidant sed solum q̄ pro pecunia occidant: quorum opinionem sequūtur multi: vt Bar. in. l. nōly. in. l. ea quidem. C. de accu. Sed Jo. an. & Arch. tenent q̄ habeat locum solum in certo genere pſonarum. Dominus autē Frā. de aretio in consilio antepen. incipiente in xpi nomine dicit q̄ si prima opinio esset approbata consuetudine standum esset et virtute consuetudinis: qua remota non consulerem inquit fm eam: & mouetur principaliter: tum qz textus qui in principio loquitur de assassinis simpliciter: post loquit indeterminato genere personarum referendo se ad nominatos in principio: & pseqūter declarando de quibus in principio. tel lexit: tum qz si intellexisset in genere de oib qui p pecunia occidunt: eandem penaz imposuisset facientibus scelus sicut mandantibus quod non fecit: & huiusmodi alia nō est nisi qz illi erāt infideles de qb papa nō disponit. Nec vt ista decretalis extendi cū sit penalis: & non sit eadem rō in alijs: quia ligantur p pctenentes mortem vltra oēs hoies vt ibi tangitur p doctores facilius & frequētius talia delicta cōmittebant. hec ille.

2 ¶ Secundo queritur qui sint hi qui liganturpenis contentis in dicta constitutione: & dico q̄ sunt. v. hominum genera. vt patet in textu. primo inter ficiens actu & de facto p assassinos aliquem xpianum: secus si indeum vel paganum de mente Jo. and. qui dicit se quendam defendisse platum cōtra quem fuerat. pbatum q̄ occisi fecerat homines per assassinos: sed cum homines illi potuissent non fuisse xpiani non erat sufficienter pbatum: secundo mandans quāq̄ mors non sequatur ex sam si re integra mānsit. Tertio receptatores tāq̄ agressores tenētur. C. de his qui latro occul. i. j. & ij. quarto defendēs. quinto occultāns.

¶ Tertio queritur vtrum aliter diffidati 3
interfici possint impune. & dicit ange. de pusio. consi. xiij. & sequitur geminiano. in.d.c.p humani. q̄ sic: sed & per quēcunq̄ priuatum: quia idem est bannire & diffidare q̄ statuere & precipere q̄ impune possint occidi: vt notatur. C. de accusa. l. reos: quod quantum ad conscientiam licitum esset si fieret bono fine. i. zelo iustitie nō aliter: vide. J. homicidium. j. ¶. ij.

¶ Quarto. vtz peutsens clericum aliter 4
diffidatū sit excōicatus: & dico q̄ nō: qz fm geminiano. ibi est spoliatus oi pulleglo clericali: & sine alia degradatōe occidi potest aut his tñ etiam. j. degradatio in fine.

¶ Quinto. vtrum bona pdictoꝝ sint capiē 5
tium: & dico q̄ sic si sunt bona mundana: sz tamen aduerte hic fm archi. & Jo. and. q̄ requiritur prius sententia iudicis contra ipsum assassinum vel fautorem talis afficiendo: & ad textum. d. c. pro humani respondent non requiri aliam sententiam. s. quedet licentiam occidēdi & hmōi. qz sufficit si sit declaratus assassin vel fautor. Facilis ātē regulā generalē valentē ad casus infinitos talem. Omnis iura mūdi que dicit penam imponi ipso iure vel ipso facto. debēt intelligi dūmō secuta sit sua declaratoria p quā declaratū sit fuisse ꝓmissuz id. ꝓpter qd veniebat iponenda illa pena: alias illa pena effectū & executionem non sortitur. & idē alex. de tuo. in. l. si q̄s maior. C. de trāsac. qd tñ fallit in penis secum trahētibus executionē: vt excōicatio & hmōi. q̄ non requirit ad executionē. facti hominis. Verbis diffuse fell. i. c. rodulphus 8 rescrip. Tenet tñ panor. in. c. cum nō ab hoiēb in di. q̄ si tale facti sit notoriuz facti. s. quod

Universidad de Deusto
pti. tanta: quod tamen in positiuis locum
habet non in sacramētis. & huiusmodi quo
quo ad substantialia mutare non potest.
℣ Trigesimusoctauus. est quia potest mo
nachum tam contra suam voluntatem ab
abbatis extrahere de monasterio: & aliquo
prelato vel principi in locuz assignare aut
secum tenere. ix. questione. iij. c. fina. & xx. q.
iij. qui resistit. ℣ Trigesimusnon⁹. est quia
sententia eius facit ius. de senten. & re iu
dica. in causis. ℣ Quadragesimus. quia e
dem die ordinat quo consecratur. de elec
tio. quod sicut. ℣ preterea.
℣ Quadragesimusprimus. quia dispensat
in gradibus consanguinitatis et affinita
tis prohibitis quo ad matrimonium con
trahendum: de restitu. spolia. litteras. & de
consanguinita. et affinita. non debet: tamen in prohibitis iure naturali. de sponsa
infra papa. ℣ xvij. ℣ Quadragesimussecun
dus. est quia pōt tollere leges quo ad vera
q̃ forum. in his in quibus anime periclita
ntur: sicut in materia prescriptionis vsu
rarum et hiusmodi. de prescrip. c. fina. de
iudic. nouit. de secun. nup. c. penultimo. de
foro competē. c. fina. libro. vj. et de iureiu
riculum anime: tollere non potest leges in
terris in quibus non habet iurisdictionem
temporalem quo ad forum ciuile cum pote
states sint distincte. lxvi. distinc. duo. et c. ad
ad verum. fm Joan. and et aliquos iure
limita ex honestate et decentia: absolute ta
men sicut imperatorem ita et leges eius de
ponere potest. licet coram deo peccet si non

43 habeat hui⁹ rationabilē cãm. ℣ Quadrage
mus. tertⁿ⁹ est q̃ cõcedere pōt indulgẽtias
generales: certis locis: vel certis psonis. et
44 eas extēdere ad existētes in purgatorio: fz
q̃ pōt legitimare quascũq̃ psonas quo ad
spiritualia vbiq̃: quo ad tpalia vero vt ho
nores & dignitates in terris ecclesie: in aliis
autem terris assentientibus agnatis. fm
anto. de butri. qui fi. sint legiti. per venera
45 bilem: quod intellige quantum ad honestā
tem & non absolute. ℣ Quadragesim⁹ quin
tus est q̃ instituere potest nouas religio
nes & religionum regulas approbare & re
46 probare: & in cerimonialibus earum immu
tare & dispensare fm pet. de pal. in quarto.
℣ Quadragesim⁹ sext⁹ est q̃ potest in om
nibus ecclesie preceptis dispensare secũdũ
47 si dispensari non debeat. ℣ Quadragesim⁹
septim⁹. est quia hominem potest absolue
re ab obligatione qua homini tenetur fm
plenitudinem potestatis. argu. ix. q. 3. ℣ pri
cipale. C. de preci. impe. offe. l. quotiens. fz
mno. ho. & ber. ℣ Quadragesim⁹ octau⁹ est
48 quia de nullo crimine cõdemnari aut accu
sari potest. nisi heresis: di. xl. si papa: et hoc
quando de ipsa heresi esset incorrigibilis.
49 vt ibi dicit glo. quia si vellet errorem depo
nere pertinaz non posset. ℣ Quadragesim⁹
nonⁿ⁹. est q̃ solutus est legibus licet fm eas
50 viuere debeat. & nullam censuram potest in
currere. & si culpam. ℣ Quinquagesim⁹. est
quia potest simplici sacerdoti committere
vt conferat sacramentum confirmationis.
& minores ordines & consecrationes eccle
siarum. ac virginum: non autē ordines ma
tres. licet hugo. contrariuz senserit fm. s.
tho. & pe. de pa. in quarto. potest etiam iu
ro auctoritatem conferre iudicandi in spiri
tua libus. rex communicandi. ar. di. 32. ℣ ve
rum. & fm canonistas potest in matrimōio
contracto per verba de presenti depensare.
licet non secundum theologos. Multa ℣ po
12. q. testate pape habes. i. pp.
¶ Secundo queritur qui sunt casus episco
pales de iure: & dico q̃ de hoc doctores im
plent quaternos: pro quo vide si vis archie.
casus: tamen dico q̃ tute. & secure teneri po
test cum opinione cõmuni q̃ sunt hi solum
de quibus dicitur in sum. pisa. & de quibus
haberur. ℣ sequenti: quia ita declarauit be
nedictus. xi. in extrauagantiinter cunctas
non obstante q̃ talis extrauagans reuoca
ta fuerit. & circa contenta in eis multa statu

ta per cle. dudum: quia vt dicitur in eadem
summa. quantū ad dictos casus nihil fuit
immutatum: immo si talis declaratio fuit
reuocata adhuc secure sic teneri potest: qz si
fuit declaratio indicatiua vel instructiua ve
ri sicut de facto fuit vt ibi dicitur. nõ potuit
reuocari nisi reuocata fuissent iura que de
clarat. quia declaratio pape in spectantib⁹
ad mores falsa esse nõ potest. vt ℣. constitutiz
si vero fuit declaratio constitutiua: ordina
tiua: adhuc sic teneri potest: qz docte & ele
ganter Guil. duran. Speculator: in reper
torio suo dicit breuiter concludendo sacer
dotes omnia posse quo ad forum peniten
tiale. que non sunt specialiter in iure episc
copis reseruata: et non sunt ipsis sacerdo
tibus directe vel per aliquam consequen
tiam interdicta: argumen. de iudi. si cleri
ci: et de senten. ex mup. Hoc tamen inquit
fateor quod vbicunq̃ fuerit graue delictũ
vel enorme superiori est iudicium requi
rendum: et idem dico de omnibus casibus
de quibus est generalis consuetudo eccle
sie quod sint episcopis reseruati. Hec ille
valde bene: cuius ratio stat in hoc quod sa
cerdotalis clauis omnia crimina potest
abolere nisi ipsa a superiori prelato quan
tum ad vsum ligetur. Constat autem q̃
reuocata tali declaratione constitutiua in
iure non inueniuntur plures casus reser
uati ℣ predicti: loquendo de casibus vt re
quirunt absolutionem. : quod dico propter
commutationem votorum: et iuramento
rum relaxationem: et dispensationem ir
regularitatum: et huiusmodi. Et cuz sum.
pisa. sentit ros. et supplementum contra
sum. angel. que sentit casus de iure reser
uatos esse: et plures et alios a pdictis.
¶ Tertio queritur quisunt casus episco 3. q.
po reseruati de iure fm dictã Summã pi
sanaz. et dico quod sunt quatuor.
℣ Primus est peccatum clerici propter q̃
incurrisset irregularitatem. de quo infra
q̃ licet glos. Ray. intelligat quo ad dis 1. casus.
pensationez super irregularitate non quo De iure
ad absolutionem a peccato: tamen Vene reser.
dictus non sic intelligebat nec sic est verũ:
alioquin casus episcopales essent multo
plures ℣ quatuor. quia adderetur dis
pensatio vorotum. et iuramentorum et hu
iusmodi.
℣ Secundus est de incendiarijs ante de 2
nunciationem. xxiij. questione. vij. pessi
mam: quod intellige de incendiarijs dolo
sis et demandantibus hoc fieri seu danti-

bus consilium vel auxilium. vt ibidem.
3 ¶ Tertius est peccatum propter quod indicenda esset solennis penitentia. de quo infra penitentia: ⁊ quia blasphemia publica est vnum de huiusmodi in laicis. non tamen in clericis qui publice penitere nō debent sed alias ad arbitrium puniri debēt. c.ij. ⁊ iij. ideo ipsa est casus episcopo reseruat⁹. ō quo. ℣. blasphemia. §. iij. ¶ Quartus est excommunicatio maior cuius absolutio etiam aliquando pape reseruatur sed intelige q̄ tunc est casus episcopi reseruatus quando eam conditor canonis episcopo reseruauit: de quo. ℣. absolutio. i. §. iij. ⁊ i. excommunicatio. viij. in prin. in alijs autem non reseruatis episcopo absoluere possunt inferiores vt. ℣. probatum est ibidem.
4 ¶ Quarto querit quot sunt casus episcopales de consuetudine: ⁊ dico q̄ innumerabiles loquendo de consuetudine speciali diuersarum diocesum: ⁊ sic loquitur glos. in. c. si episcopus de pe. ⁊ re. libro sexto. licet insufficiēter: quia certa regula dari nō potest: sed loquendo de consuetudine generali ꝓm sum. ang. consuetudo nulla est. cum ep̄i aliq̄ ꝑ aliq̄ minus sibi reseruent: sed loquitur contra alios summistas sui ordinis vt rosel. ⁊ suple. ⁊ ꝑtra veritatem. quia idem benedictus in eadē extra
Casus. Epalis. naganti declarauit q̄ sunt quinq̄. qui. s. vbiq̄ vel quasi episcopis semper reseruantur licet eis aliquando addant plures alij quando paucioꝛes. ¶ Primus est homicidium voluntarium aut mutilatio mēbꝛorum: nec is aut mandans vel consentiens absolui debet nisi satisfactione premissa. xxiij. q. viij. si quis membꝛorum. Jn terris tñ ecclesie homicidiū dicitur pape reseruatū. ¶ Secūdus est crimen falsarij seu falsi ⁊ hoc summēdo stricte hoc nomē cū simus in materia penali. Quo crimine q̄ teneantur dico ꝓm notata per docto. in. c. i. de crimi. falsi. q̄ nō solum dr̄ falsarius. q̄ falsat litteras vel scripturas. sed etiam testis falsus tenet̄ de falso. nō solū q̄n mēdaciu dicit sed ēt q̄n occultat veritatē. q̄ intelligē ꝓm panor. sbi q̄n interrogat̄ super aliquo ar. ⁊ dicit se nihil scire. vel q̄n turāuit dicere meram ⁊ puram veritatē. ⁊ multa subtrahit: alias secus. Tenet̄ ēt sine punitur tali crimine testis recipiens pecunias ne testificetur vel vt verum dicat testimonium. vt in. l. i. ff. eod. ⁊ ibi Bartō. dicit gl. tenere q̄ testis accipiens pecuniam vt testificet: tenetur crimine falsi: sicut dicimus in iudice accipiente pecuniam vt ferat veram sentētiam. ff. de cōdi. ob tur. ca. i. q. ⁊ ratio est ꝓm bar. quia testis debet facere grātis. Et similiter tenetur hoc crimine notarius vel aduocatus aut procurator. qui infra vnius partis ofdit alteri. per §. qui deposita. in. d. l. i. ¶ Tertius est violatio ecclesiastice libertatis. qua. s. iniuste persone vel res ecclesie grauātur hodie tamē tales q̄ curie processum sunt excōicati. ¶ Quartus est violatio ecclesiastice immunitatis. quas. s. in ecclesia vel loco sacro. aut spatio circumuiciniato in circuitu ecclesie proximum in persona vel rebus offendit. xvij. q. iij. si quis vel aliter eius immunitatem ledit. tales tñ nō sunt excōicati sed excōicandi. Et ista oē sacrilegium vt casus episcopalis de consuetudine. ¶ Quintus est sortilegiū ⁊ divinatio. xvj. q. i. c. i. ⁊ tales sunt infames ⁊ a testimonio repellūtur. ⁊ accusatiōe. iij. c. v. constituimus.
¶ Quinto. q̄rit quot modis ep̄us possit sibi reseruare casus ad libitū: ⁊ dico q̄ respondetur fratrū predicatorū ⁊ minorum ⁊ nunc alioꝝ quoq̄ mendicantiū expositorum formam cle. dudū. hoc nō potest vt infra confessor. ij. §. v. quo ad curatos aut ⁊ alios religiosos hoc potest ꝓm oēs. licet peccet ꝓclat sine cā: ⁊ hoc fit in gñe dupliciter: primo ēpse sibi reseruādo simpliciter. vel quoad istū aut illū facerdotē: secūdo implicite sicut si episcopus aliquem audiuit ⁊ noluit absoluere. nullus inferior eū absoluit. dist. xxi. inferior. Sed circa istos casus reseruatos videndū est. i. ꝓfessor. ij. §. v. ⁊ vi. ⁊ duo indenotāda sunt duo. ¶ Primū q̄ ꝓm pe. pal. ista reseruatio intelligit̄ de actibus exteriorib⁹ cū effectu. ⁊ nō de interiorib⁹. vñ homicidiū cordis nō reseruat̄ ēpo: ⁊ idē dicit̄ ē de incestibus puerorū. nō habētiū vsum rōnis: q̄ inde nec vir̄ginitas tollit̄ nec cātur affinitas. ¶ Secūdum q̄ illi sunt dicta ꝗtū ad absolutionē: q̄tū ad dispēsationē ūt ⁊ ꝓsecrationes ⁊ hmōi. multa alia reseruāt ēpis: vt dispēsatio votorū: aliqua mētorū ⁊ consecratio multarū rerum.

¶ De casu fortuito.

Casus fortuitus ꝓm Panor. est gl. in. c. vnico. ō ꝓmo. ⁊ vt colligit ex. l. in rebus cōmodatis. ff. ꝓmo. est inopinate rei euētus. q̄ prouideri non potest: vt motus seruorū sine culpa hostiū incursus. piratarū naufragiū. incendiū. fuga seruorum qui custodiri non solent ⁊ hmōi. vbi tamē diligētissimus fuit diligens. nō est casus fortuitus: sicut si perit equus commodatus dimissus in domo que ruinā minabatur.

1.q. ¶ Primo vero q̄rit̄ vtrū furtū sit casus fortuitus: ⁊ dicit pan. vbi supra q̄ gl. in rō. civilis cōtrarie videnī. sed si inq̄t p violētiā rit quis in culpa transeundo p loca periculosa. ar. l. non est verisimile. ff. q̄ me causa si vero clandestine. tunc si ab ea persona a qua diligentissimus precauisset: puta a vicino famulo non est casus fortuitus: alꝯ autē sic: ⁊ facit quod notatur in. l. que fortuitis. C. de pig. act.
2 ¶ Secō vtrum teneatur quis de casu fortuito: ⁊ respondet ter. in. d. c. vnico. q̄ sic: in iij. casibus. ¶ Primo q̄n p̄cessit culpa: puta cōmodat̄ tibi equū vt ires multū ⁊ insisti placet̄ tam ⁊ incisti in latrones: vt sbi in. l. si vt certo. §. sed interdum. ff. cōmo. ¶ Secundo q̄n p̄cessit mora: puta non reddisti q̄n debuisti ⁊ fortuito perit. vt in. d. c. vnico et in. c. bona fides. de depo. ⁊ hoc in conscientia verum est nisi eod. m modo apud dñm res fuerat peritura: q̄ tunc nō teneris nisi de damno illato ex hoc q̄ tēpore debito nō restituisti. ar. c. si. de iniurij. q̄ si dubium est an fuerat pitura. vide infra mora.
¶ Tertio quando pactum intercessit vt teneretur de casu fortuito. vt in. d. c. vnico. et bona fides: q̄ limita nisi adueniat ex culpa eius cui promisit: quia sic non tenetur. l. cum proponas. C. de nau. fe. ⁊ l. qui officij. §. sina. ff. de contrahen. empt. sed de hoc in §. sequenti.
3 ¶ Tertio vtrum ex pacto generali inito q̄ quis pacisceitur se teneri de omni casu nulo expresso teneatur de casu fortuito: et referi Bald. in. l. i. C. commo. de hoc varias opiniones esse: accur. tamē in. l. sed ⁊ si q̄. §. situm. ff. si quis cau. quem Jo. an. sequitur in. d. c. vnico. dicit q̄ non tenetur si nullus casus fortuitus fuit expressus ne q̄s sub innolutione verborum renunciaret et iuri cui non cēs in spē renūciaturus: ⁊ hoc plaet panor. ⁊ infallāter est verū in ꝓscia nisi in casibus in q̄bus spāliter fuisset renūciaturus. Si vero aliq̄ casus fortuiti fuerunt spāliter enūerati: ⁊ secuta fuit clausula generalis puta ⁊ de oibus alijs. bar. in. d. §. q̄ situm. tenet q̄ sub illa clausula generali venīunt casus ꝓlites expressi non aūt maiores q̄ satis plz panor. q̄ gñalis cl'a in odiosis tabilis in cle. nō pōt. de ꝓcur. secus de non odiosis sicut in ostōne. pcuratoris in q̄ expressis aliquibus redrentibus spāle mādatur ⁊ subiecta cl'a gñalis venīunt casus maiores expressis. ut no. Jnn. in. c. sedes. de rescrip.
¶ Quarto vtrum gñalis renūciatio casuū sic iuramēto firmetur vt teneat siue obliget ⁊ dicit Jo. an. vbi supra q̄ nō: q̄ iuramētum non obligat vltra ꝓtentum iurantis. facit. c. quintauallis. ⁊ c. pe. ⁊ c. venīens. el. i. de iureiur. ⁊ q̄ sbi Jnn. ille aūt nō videt consensisse dictis casibus nō expressis. Et hoc credo verū in casib⁹ in q̄bus spāliter nō ꝓsensisset: secus in illis in q̄bus spāliter ꝓsensisset si fuissent expressi: ꝓ quo facit. c. tua nos. cuz sbi notatis. de spon. Et concordat bal. vbi supra ⁊ ratio q̄ iuramentum hz vim casus expressi. l. cum pater. §. si quis matrem. ff. de legat. ij. sed intelige q̄ hz vim casus expressi in his que sunt expressa habitu ⁊ virtute. i. que exprimerentur si ꝓponerentur.
¶ Quinto vtrū estimatio faciat venire casum fortuitū. i. si alicui tradat res estimata: aꝑciata. vtrū ea pereunte casu fortuito peat sibi. ⁊ Jo. an. in. d. c. vnico. ⁊ bart. in. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. cōmo. ⁊ l. i. eo. ti. dicunt q̄ si sumus. i. loquimur in contractu cuius nature nō repugnat q̄ dominiū transferatur: tunc estimatio facit emptionem. vt. l. plerūq̄. ff. de iur. do. et. l. quotiēs C. eo. ⁊ sic estimatio facit omne periculum et cōmodum esse recipientis. l. necessario. in prin. ff. de peri. ⁊ com. rei ven. ⁊ d. l. quotiēs ⁊ plerūq̄ etiam deteriorationis. vt. l. si estimatis cum. l. seq. ff. sol. ma. Exemplū vt cū mulier dedit viro rem estimatam. vt in. d. l. plerūq̄. vel cum quis estimatam rē tradit ita q̄ estimatio reddatur nō res. vt in. d. §. nunc videndum. Si vero sumus in cōtractu de cuius natura est vt solum ꝓ parte dominium transferatur ⁊ ꝓ parte non sit est in societate: sic si estimatio fiat in accipientem tranlit solum periculum partis vt l. cū duobus. §. dāna. ff. ꝓ so. Si aūt sumus in ꝓtractu cuius nature repugnat dñi trāslatio vt in locato ⁊ hmōi: sic estimatio non facit emptionem: nec transire periculum casus magis q̄ teneatur ex natura contract⁹.
Nec obstat q̄ bar: vbi supra vult vt aliq̄d operetur. et sic si tenebatur de lata solum: tenetur de leui si de leui. tunc de leuissima si de leuissima tunc de casu: quia hoc non teneo sicut nec panor. in. d. c. vnico. ꝗ dico q̄ estimatio tunc operatur solum vt sciat pretium si deteriorataretur vel perderetur recipientis vitio: ⁊ si releuatur dñs ab onere ꝓbandi verū pretium rei. Si autem res estimata daretur cum pacto quod aut res aut estimatio redderetur: sic facit transire peri

Universidad de Deusto
Biblioteca

cnlum peremptionis: sed non deterioratio nis. vt indicta. l. plerunq; in fin. vide infra estimatio.

¶ De cathecismo ⁊ exorcismo.

Athecismus ⁊ exorcismus sic inuicē differunt: qr fm. s. thom. iiij. dist. vj. cathecismus est instructio credendoꝝ explicite. baptismū p̄cedens: ordinās ad bonum nihil efficiēdo: sed instruendo tm: vñ ⁊ dr a cathetizo. i. doceo vel instruo: ⁊ de hoc in. c. p cathec fmū de con. spi. li. vj. ⁊ in. c. ante baptismum. de con. di. iiij. Exorcismus aūt vt colligitur ab eo ibi. ⁊ di. xxiiij. ⁊ habetur de con. di. iiij. in c. ante. xx dies. est adiuratio contra dyabolum. ⁊ vt dicit ordinatur ad remouendum malum etiam operando vel efficiendo: vñ exorciste grece latine adiurantes dicuntur esse increpantes. xxi. di. clericos. circa fnez. Igitur male summa angelica dicit ista duo esse idem.

1.q. ¶ Primo vero ꝗritur ad quez pertinet cathetizare. ⁊ dicit s. tho. vbi supra. ⁊ iij. q. lxxj. q ad sacerdotez principaliter ⁊ secūdario ad lectorem quo ad instructionem credēdoꝝ: ad epos aūt ⁊ predicatores ⁊ quoslibet fideles ꝗtum ad instructionem conuersiuz ad anadochum aūt. i. patrinum quo ad instructionem moꝝ.

2 ¶ Secdo quis possit catherizari: ⁊ dico fm eundem q̄ ēt puer: ⁊ patrinus in persona pueri responder credo. ⁊ vt dicit dnplex pt esse sensus. s. credo. i. ego paruulus cū ad p̄ feciam etatem venero credam: vel credo. i. ego patrinus. operam dabo q̄ iste credat: p eodē ēt. pmittit. Nec inconuenit: quia in his ad que omnes tenentur. vnus alīs potest obligare: secus in alijs.

3 ¶ Tertio quis possit hic esse patrinus ⁊ ad quid teneatur: ⁊ dico q̄ solum cathetizat⁹ sicut in baptismo solum baptizatus: et in confirmatione solum confirmatus. vt dicitur de con. di. iiij. in baptismate. et in necessitate vnus pōt in cathecismo baptismo. ⁊ confirmatione: nō tm est consuetudo romana: sed q̄ per singulos singuli suscipiāt. de con. di. iiij. in cathecismo. Tenetur autem ad instruendum paruulum de fide fm. s. tho. ⁊ vt videt erlaz de moribus sicut de baptismo dictum est. Nec tm ex hoc periculuz magnum imminet patrino. vt dicit. s. tho. ꝗtum ad hoc tempus: quia parentes sunt xplani ⁊ puer inter x pianos nutritur. si tm ipsi essent infideles vel puer inter infideles conuersatur diligentior cura adhibēda ēt sicut in ecclesia pmitiua: hec ex illo. Et idē videtur si parentes essent suspecti in moribus: qr patrinus est fideiussor: non solum fidei sed etiam morum. ar. de con. di. iiij. vos ante omnia.

¶ Quarto queritur q̄ sit catheclismi ꝗpus ⁊ dico fm pe. de pa. q̄ quenlenter dr p̄cedere baptismum: qr in baptizando requiruntur ea q̄ sunt de necessitate fidei q̄ sunt tria f. fidei susceptio: pfessio ⁊ obseruatio: vnde ꝓpter hec ria cathecismus inuentus est: qr ineo fit instructio ad fidei susceptionem ⁊ rñsio ad fidei pfessionem: ⁊ pmissio ad fidei obseruationem q̄ ab adulto p seipsum requiruntur qr pōr: in paruulo aut requiruntur p vicarium. i. patrinum.

¶ Quinto ꝗritur quid ad exorcistā pñtem ⁊ futuruꝝ pertineat: ⁊ dico q̄ exorcista fum ⁊ f. ordinandus ad ordinem istū cū ordinat accipere dr de manu eplī librū in quo exorcismi sunt scripti cū illio verbio: accipe commenda memorie ꝛc. vt in. c. exorcista. xxiij. di. ad exorcistam vero pñtem. i. ordinatum pertinet exorcismos memoriter tenere: manusq̄ super energuminos. i. lunaticos ⁊ obsessos a demonibus ⁊ cathecuminos in exorcizando imponere. xxv. di. perlectis.

¶ Sexto quis hz exorcizare: ⁊ dicit. s. et. s. iij. q. lxxj. q̄ exorcizare pertinet ad sacerdotes principaliter ad exorcistā instrumēt aliī tm sed vt dicit in. iiij. di. vj. hz exorcizare sit proprium officium exorciste: tñ de consuetudine totum fit a sacerdote.

¶ Septimo qñ fit quis exorcizandus: ⁊ dico fm eundem q̄ ante baptismū. qñ si non fiat nihilominus fiat post. facit. c. sicut nostris. de con. di. iiij.

¶ Octauo ꝗritur quis sit hoꝝ effectus: ⁊ dico q̄ cathecismus fm mentem. s. tho. directe illuminat de fide ⁊ moribus: ⁊ sequenter operatur omnia que ad illuminationem sequuntur: puta amorem ⁊ bona opera. exorcismus vero reprimit demonum potestatem inquantum homines repellit a sacramentis: ⁊ aperit sensus ad mysteria ⁊ mandata. Summa tamen angeli. vtriusq̄ attribuit eundem effectum. f. demonem frenare qr putat esse idem.

c Aupo ⁊ stabularius. l. taberna. ⁊ hospites. vide infra nauta per totum.

¶ De causa legali ⁊ iudiciali.

c Causa est quicquid facit ad rei. ⁊ loquendo iuridice est duplex scilicet causa iuris sive legis ⁊ causa iudicij.

¶ Primo vero querit quotuplex est causa legis

causa. legis: ⁊ dico q̄ est quadruplex. F Prima efficiēs: ex qua. pducit sicut pr est cā filij ⁊ cōditor legis ⁊ tractus causa obligationis.

2 F Secda finis: ex quo dat impulsio faciēde disponi: ⁊ ita sumit in ti. de condi. ⁊ demō. cā modus. ⁊ ꝓditio de quo infra ꝓditio per totū. Et ad hanc vel ad efficientez reducit cā impulsiua. que occasionē remotā pstat: sicut caiphurnia importune postulādo causam dedit vt mulier postulare. i. aduocare

3 non posset: vt in. l. j. §. sexum. ff. de postu.

4 F Tertia materialis. i. materia de qua in legedisponit. F Quarta formalis. i. modus disponēdi ⁊ contrahēdi. Sed vsitate cā legalis dicit finis: vnde dicit q̄ cessante cā. f. finali cessat lex. l. adigere §. quis. ff. de iure patr. Et indifferēter pro eodē vtimur hoc nomine cā ⁊ hoc nomine ratio legis: hz differant: qr ō est lumen discernēs quid iuris: ⁊ causa est p quod ratio discernit.

2.q. ¶ Secdo querit quō significat cā vel rō legis: ⁊ dico q̄ per li si: vt lego illi si negocia mea gesserit. l. demōstratio. §. i. ff. de cōdi. ⁊ dem. Et p li: quia instit. de leg. §. lōge magis. Et p li qñ: nam exponit p quia. Et p li gesserit. ꝛc vel idcirco sibi lego. Et p li cuz: vt Et per li siue: vt siue rit⁹ negocia mea gesserit lego sibi. ꝛc. Et per li siue: vt siue rit⁹ negocia mea gesserit. siue aduocatus fuerit ꝛc. Et p li pro. vt lego ribi pro alimētio. l. fi. §. i. ff. de all. ⁊ cib. lega. Et p li note. vt lego vxori mee nomine dotis. l. cū quidā vxori. ff. de leg. ij.

3 ¶ Tertio. querit quid est cā iudicialis: ⁊ dicit s. tho. q̄ est materia ⁊ origo negocij. ne duz discussionis examine patefacta: que dum pdiffinitur iustitia. c. fortis. de ver. sig. Et dicit ab actione: qr cā est negocij vel cūtra causa: ex quo quis mouetur ad petendu: vel litigandum. vt venditio vel locatio rei ex qua orit obligatio: q̄ obligatio parit actionem cū sit mater actionis. vide ibidem gl.

4 ¶ Quarto queritur quō differant cā impulsiua ⁊ finalis: ⁊ dico q̄ cessante ipulsiua nō cessat effectus sicut cessante finali q̄ dispositionem ⁊ legem regulat. de ap. cessante. C. de epis. ⁊ cle. l. Generaliter. vbi bal. multa di

t. signum. finis. et. v. F Primo qñ id qd exprimitur in vsum cause respicit o: illi tatem. tam alteri mon. puta dono tibi centum. vt inde facias capellam in tali ecclesia ⁊ huiusmodi: sive ro respiceret solum vtilitatem eius q̄ debet implere ⁊ non sit pla: sic presumitur cā impulsiua. d. l ritio. §. sed si filio. vnde si lego tibi decem vt caligas emas nihilominus tenet legatum hz non emas similiter si vt fundum alteri minus industrioso nō valet nisi caueat vt sibi. F Secundo qñ exprimitur plus actus in vlā cāe l. si quis. p redemptione. C. de donat. et. l. si ego. ff. de iur. do. ⁊ vult bar. in. l. ij. §. fi. ff. de dona. puta dono tibi centum vt facias hospitale. F Tertio qñ ingerendo actum exprimitur ab homine cā vbicūq̄ lex requirit de necessitate causam ad validitatem actus: qr tūc intelligitur finalis vt actus sustineatur. l. sed si mors. cum. l. sequenti. ff. de doñ. inter vir. ⁊ vxo. vbi dicitur q̄ donatio facta vxori ad restaurationem edium igne combustarum: valet vsq̄ ad earum reparationem ⁊ nō ꝑplus. F Quarto. vbicūq̄ nō potest esse alia ratio illa cēsetur causa finalis l. ꝗsuis. vbi glos. C. de fideicō. vnde q̄ legat iter ad fonte. videtur legare ⁊ haustum. ff. de ser. ru. pre. l. item. §. F Quinto. vbicūq̄ lex. exprimit causam censetur finalis. glo. est notabilis in. l. cum tali. ff. de condi. ⁊ demon. quam ad hoc ponderat ang. in. l. scie dum. ff. de edi. ⁊ Bart. in. d. §. fi. cuius sunt ista dicta.

¶ Quinto. ꝗritur quotuplex est causa iudicialis: ⁊ dico q̄ multiplex. de quo vide glo. xj. q. i. in sum. Quedam enim est secularis: ⁊ diuiditur in criminalem ⁊ ciuilem: quedam vero est ecclesiastica: et est triplex. Quedam enim est spiritualis vel annexa spiritualī. vt que fit de decimis. de matrimonio. de iure patronatus. Quedam ciuilis vt cum agitur super rei vendicatōe in cā pecuniaria: vt in. d. c. super prudēriam. Quedam criminalis: vt cum agitur directe de crimine. vt in. c. si clericī. ⁊ in. c. cuz non ab homine de iudi. ⁊ c. super prudentiam. xij. q. ij. ⁊ c. frater noster. xvi. q. i. ⁊ si de crimine agatur ad vindictam publicā ꝓceditur in causa criminali criminaliter: si vero agitur ad penam per modum inquisitionis. denunciationis. vel ad interesse partis per viam accusationis. procedi tur ciuiliter. Quedam mixta que scilicet participat de vtraq̄. de procu. c. tua. sicut cum de crimine agit ciuiliter: puta de adulterio ad thori separationem. Et hz glose videantur variare ponendo pecuniariam penam aliquando pro criminali aliquando pro ciuili. vt in. l. proc in principio. ff. de sepul. violen. ⁊ in. l. vnica. C. quando cl. ac.

Causa rū in. spēo.

5.q.

Universidad de Deusto
Biblioteca

crimi. pre. tamen concorda. quia quãdo pena pecuniaria applicatur fisco criminalis est fm Jnno. in. c. qualiter ⁊ quando el secundo. de accusa. ⁊ est glo. ⁊ Bar. in. d. l. pretor:: quia sic intenditur publica vindicta p penam pecuniariam sicut per penam corporis: si tamẽ applicatur fisco pro interesse fisci. ciuilis est. vt in. l. j. C. de his qui. vt indig. Nec obstat. c. p tuas. de fymo. ⁊ quod notat Panor. in rubrica de iudi. quia illud capitulum loquitur de amotione a platione. que fm eũdem ibi est ciuilis. cum sit ad bonum commune non ad vindictam delicti: nec agitur ciuiliter precise quando pena applicatur parti fm doc. sed etiam aliter sicut in. d. c. per tuas. Et hoc sequit gl. ⁊ Bar. ⁊ Ange. in. l. iij. ff. de sepul. vio. ⁊ bar. in. l. ij. ff. de pri. delic. item glo. Albri. ⁊ Saly. in. l. j. C. de sepul. viola. ⁊ communior est opinio: de quo vide dominum Anto. in rubri. de iudi.

6 ¶ Sexto. queritur quot sunt modi causarum predicarum: ⁊ dico q multi. Quedam eñ cause dicuntur fauorabiles. ⁊ sunt numero quattuor. f. de libertate. matrimonio. dote. ⁊ testamento. c. duobus de re. iudi. Quedã minime. vt que est duorum. vel. x. aureorũ. aut quinquaginta solidorum. vel que non sufficit ad sumptus iudiciales. fm vocabu. iur. Quedam est remota. ⁊ quedam propiqua: de quibus not. doc. in. c. dilecti filij. de iudi. ⁊ remota est sicut cum edificator turris dicitur causa homicidij eius qui inde se precipitat. ⁊ dicitur occasio: facit. l. qui domum. ff. loca. causa vero propinqua dicitur ipse. Quedam est propria. quedã cõis: ⁊ ppria est illa cuius emolumẽtum vel dãnum. ad aliquem suo nomine pertinet. c. bldum. ¶. palam. q. q. vj. cõis vero est q vtrusq; est. ff. de ri. nup. l. illud: vñ nõ potest quis esse testis in re cõi sibi cũ aliis: nisi indirecte: sicut legatarius põt esse testis in cã testamẽti in quo sibi est aliquid relictum. insti. de testa. ¶. legatarius.

¶ Septimo. q̃rit vtrũ cã vniuersitatis vel ecclesie sit propria vel communis: ⁊ dico q causa vniuersitatis nõ vt esse singularis persone. vt in. c. q̃ manumittitur. xij. q. ij. ⁊ ibi doc. ⁊ in. d. ¶. legatarius cum annotationibus suis. Causa etiã ecclesie nõ est propria rectoris: vnde in cã ecclesie sue potest esse iudex. ij. q. vij. si quis erga eũm in glo. ⁊ facit. c. fi. de postu. quod verum est dummodo alius psituat qui agat nomine ecclesie. vt in. c. insuper de testi. vbi ⁊ dicitur q eo casu potest eẽ testis. Et no. q iz canonicus possit esse testis pro canonico cõtra extraneũ: q̃ non dr domesticus eius sed ecclesie tm. fm hug. vt in glo. d. c. sup prudentia. xiij. q. ij. nõ tm põt esse iudex p eo cõtra extraneũ: q̃ minor cã req̃rit ad repellẽdus aliquẽ a iudicio ¶ a testimonio. de of. dele.

¶ Octauo. querit quõ teneat quis de bono no ex cã data. ⁊ dico q nõ tenet qui dat cãs remota qui et dr occasio siquis dabat operã rei licite: adhibita diligẽtia. xxiij. q. v. de occidẽdis: secus si rei illicite: q̃ imputãtur ei oia sequentia: di. l. quãtũ dicit. de iniur. c. si ff. ad. l. aquil. l. itẽ metalla. in princ. ¶. itẽ. ⁊ cum eo: similiter ⁊ si dabat opãm rei quidẽ licite sed diligẽtia nõ adhibuit di. l. sepe. ff. ad. l. aql. l. qui occidit. ¶. penul. vide glo. in. c. sicut nobis de testi. Similr non tenetur qui dat cãm etiam ppinquam. ¶ nõ sufficiẽtem ⁊ efficacem. ¶ peccet. Tenet autẽ qui dat cãm efficacẽ. sine qua effectus nõ sequeretur. ⁊ de qua loquitur. c. fina. de iniurijs. Vide supra aduocatus. ¶. vltimo. et infra culpa. ¶. iij. ⁊ infra restitutio. secundo. in fi. ⁊ restitutio. tertio. ¶. vj. illo versu Iussis consilium ⁊c.

¶ De cautione.

Cautio simpliciter dicta regulariter intelligitur nuda promissio. Iancinus. C. de ver. signi. quod tamen fallit in cautione expressa a lege pretoria: vt. ff. de pro. stipu. l. pretorie la prima: ⁊ sic fm aliquos intelligitur glo. in. c. pro igitur de ple. dist. iij. item fm glo. in. l. pe. ff. de peti. here. quãdo est persona suspecta. vt. l. si fideiussor. ¶. fi. ff. qui satisda. cogũt. qr tunc debet cauere cum fideiussoria. Sed cũ additur cautio idonea vel sufficiẽs. intelligitur de pignoratitia vel fideiussoria. vt ff. de fideicommis. lib. l. ergo ¶ diu. vide glo. in. c. ad nostram. el primo. de iure iurã. ⁊ in. c. vltimo. de pig. ⁊ in. c. ex publico. de puer. plug. Si vero dicit cautio mediocris. tunc venit obligatio omnium bonorũ. ⁊ tex. est in l. filio. ff. vt leg nomine caue. Si vero dicit cautio competẽs. intelligitur arbitrio iudicis fm aliquos: fm alios autem fideiussoria vel pignoratitia. vt in glo. l. si debitori. ff. de iudicijs. Si vero dicatur satisdet vel satisfaciat: fideiussoria intelligitur. secũdum glo. in. d. l. penul. Notat ramẽ Bal. in. l. vniuersa. C. de preci. impera. offeren. q̃ quando statuto cauetur. q̃ caueat idoneo. quando compromissum perit. intelligit arbitrio iudicis: ⁊ in. l. omnes. C. de epis. ⁊ cleri. dicit quod si tenetur quis dare fideiussores et non potest. tenetur obligare omnia

Modi cãrum.

bona sua. meliori modo quo potest. Quando autem cautio liceat. vide infra negocium. ¶. quarto.

c Ecus. infra surdus.

¶ De cessione bonorũ.

Ce de bonis debet qui suis creditoribus soluere non potest. Et hoc valebit et primo ne incarceretur. l. j. C. qui bo. cede. pos. de quo vide supra carcer. ¶. iij.

¶ Secũdo ne excommunicet. ⁊ si erat excõmunicatus vt absoluat. recepta idonea cautione de solvẽdo. si ad pingulorem fortunaz veneris: de solu. odoardus. ¶ Tertio. q̃ nõ ꝓdemnet nisi inquãtum facere põt habita rõne ne egeat: quia nõ est fraudãdus quotidianis alimẽtis. ff. de re iudi. l. sunt qui in id qõ facere. ⁊. ff. qui bo. cede. pos. l. is qui. ⁊. l. qui bonis. ⁊. l. si debitores. Nec obstat c. quenit. de fideiusso. quia ibi non cesserat bonis. Limita ramẽ tertium quãdo nõ cõuenit rõne delicti: quia si rõne delicti puniret: nõ haberet respectus ne egeret et in clerico. vt no. Panor. in. c. olim nobis. de re sti. spo. Quõ vero fit vide infra solutio. De cessione bo actionum. vide si vio Panor. fm c. ¶. de att. in. mu. cã fac. ⁊ infra lis. ¶. viij.

Censura ecclesiastica suo nole cõprehendit tria: interdictum. l. excõicationẽ. ⁊ suspẽsionẽ: de verb. signi. querenti: ⁊ de singulis horũ vide infra in locis suis.

c Ensus. infra gabella. sec. o.

¶ De cessatione a diuinis.

Cessatio a diuinis fit vt dicit in. c. Quia. de offi. ord. lib. vj. plerũq; a capitulis. cõuentibus. siue collegiis secularium vel regularũ ecclesiarũ: ⁊ vt dr eod. ti. ⁊ lib. in. c. si canonici. ⁊ ibi in aliquib ecclesiis vendicat canonici ex ꝓsuetudine. vel alias. l. ex priuilegio. fm glo. vel ꝓcessione epi fm Guil. vel ꝓstitutione synodali fm cleri. p quo facit cle. j. de sen. exc. Fit aũt duplr: primo ghaliter puta in vna ecclesia: ⁊ hoc ppter iniuriã factam alicui de ecclesia vel ipsi ecclesie. Quarum quidem cessationũ. prima. i. generalis cõparatur interdicto. per clemẽ. j. de sentẽ. ex com. nõ autem secunda.

¶ Primo ꝛo querit quõ fieri debẽt cessationes quot ad illã requirunt vt seruãda sit: ⁊ dicit Jo. an. in. c. Quia. de off. or. li. vj. ⁊ direcs iure vel ꝓsuetudie. vt cessare poss nt. sc̃o q̃ oportet occurrere. ⁊. prio q̃ cessantes habeãt q̃ vocent ãbsentes. ad tractãdũ de cessatione. ac si de electione ageret. tertio q̃ de illa cessatiõe tractet diligẽter. quarto q̃ de cessando deliberẽt. q̃nto q̃ sit manifesta offensa. ꝓpter quam cessant ⁊ notoria vt etiã dicit Jnno. ⁊ Host. alioquin nulla ꝓsuetudo prodesset: q̃ esset ecclesiis onerosa. de cõsu. c. j. ⁊. c. cum venerabilis. nec dz is cõtra quẽ cessatur ꝓuinci probabilibus. sed aptis et notoriis: fm Jo. mo. ⁊ Archi. vj. q̃ cã sit rõnabilis. septimo q̃ ante cessationẽ instrumẽto publico vel patẽtibus lris auctẽtico sigillo munitis. cãm cessatiõis exprimant. octauo q̃ illud instrm. vel lras tradãt ei cõtra quem cessant. nono q̃ requirãt sibi ut emẽdet competẽter iniuriã vel offensam. ꝓpter quã volunt cessare: q̃ si nõ fecerit locũ habeat tũc cessatio. decimo q̃ post cessationem vtraq; para iter dz arripere ad sedem apostolicã infra mẽsem. q̃ se vel p procuratores sufficiẽter instructos. ⁊ ꝓtinuatis diebus ꝓcito poterũt. sedi aplice se repraesentent: vt discutiat ꝗd super hoc sit agẽdũ nisi interim p mutuam ꝓcordiam cesset cessatio. his nõ seruatis cessatio nõ seruat: ⁊ similiter nõ seruat ab aliis. si pars que eam posuit nõ seruauerit: ⁊ hoc notãt Joã. mo. ⁊ Bal. in. c. si canonici. de offi. or. lib. vj. vbi et reprobant ⁊ grauiter puniunt hi qui in cessatiõis aggrauationẽ imagies crucis ⁊ sanctorũ prosternũt supponũt spinis vel vticiis vel lapidibus: vel aliquid hmõi faciunt.

¶ Secũdo queritur an sit seruãda cessatio. si pars ꝓtra quaz cessatur pdicta nõ seruauerit. ⁊ dico q̃ sic: quia textus in. d. c. quãtus. spãliter dicit q̃ si non arripuerit iter ps cessans q̃ cessatio non seruetur: per quod a cõtrario sensu habetur quod si reliqua pars ire, contemnat stat cessatio: alioquin per suam contumaciam irritaret actum iuridicum partis lese.

¶ Tertio. que est pena iniuste cessantiũ generaliter aut spãliter aut dantis occasionẽ iuste cessationi et dico q̃ illi tenentur restituere omnes fructus. quos interim ab ecclesia perceperunt in qua cessatũ est: et quo pro eo tempore debẽtur eis de ecclesia non percipiẽt: et ei ꝓtra quez cessauerunt de dãnis et iniuriis satisfacere. vt in. d. c. si canonici: quod iz loquatur de capitulo canonicorum tamẽ fm Se. idem est in aliis dictã cessationem imponentibus. Iste vero tenetur ad omne interesse canonicis: et ad aliquam satisfactionem estimandaz arbitrio superioris. tarãdam ipsi ecclesie in qua cessatum est et in cultum diuinum ꝓuertãdaz: vt in eodem. c.

Dtci rẽdita ad ecclia. dl.

4 ¶ Quarto. queritur cui restituet fructus iniuste cessans: si ecclesia in qua cessat sit sua: & dico q̃ ecclesie ipsi. ar. eorū que no. in. c. cū secūdum. de preben. quod de mente Panor. ibi videtur limitādum si habet bona patrimonialia: addeyel allide ꝗ de ecclesia que sita. Cui ecclesie restituet si det supiori vel successori aut in eius vtilitatē puertat. aut in necessitate pauperibus tribuat.

5 ¶ Quinto. queritur que sit pena violātis iustā cessationē. i. celebrātis in loco vbi cessat & dico ꝗm omnes q̃ si cessatio est particularis. celebrās ibi nō efficitur irregularis nec religiosus eam nō seruans est excōicatus: cuius talis ecclesia esset matrix: q̃ ipsa nō equipat interdicto. Et sic intelige glo. ꝗ. in. d. c. si canonici. & Inno. in. c. dilectis filijs de app. Si ꝗo sit generalis ꝗm oēs. religiosus eam violans est excōmunicatus. vt in cle. i. de sen. excom. si eam seruet ecclesia cathedralis vel matrix seu parrochialis loci. An ꝗo ibi celebrans sit irregularis sunt opiones: quia Io. an. in. d. c. si canonici concludit q̃ sic: q̃ talis cessatio equipat interdicto: p. d. cle. & cum hac opione trāsit sum. aug. & de hoc infra interdictū. i. §. i. oppositum aūt vt sentire do. An. cui Panor. ꝗsentit. & cū his transit sum. ros. & vt credo sum. pisa. & hoc est verius & rōnabilius. p illā regulam vt nunq̃ fiat quis irregularis. nisi in casibus iure expressis. de sen. excom. is qui. lib. vi. iure aūt hoc non cauetur nisi in violatione interdicti. cui ꝗ hec cessatio equiparet in aliquo. puta in excōmunicatōe annexa in ordine ad religiosos: non tamen in omnibus & simpliciter: & pene non debēt extendi. Predicatores tamē & minores in hoc sunt priuilegiati.

¶ De cimiterio.

Cimiterium ꝗm Ge. in. c. vnico. de cō. eccle. vel al. lib. vi. grece dicit a cinis q̃ est dulcis statio animarū. i. vel potius corporū. q̃ ibi cinis mortuorū detinet: vel a cis q̃ est ante: quia ante ecclesias fieri soler. Et ꝗ omnes imunitatem quā habet ecclesia quo ad omnia capitula: que habes infra imunitas: exceptis duobus casibus: primo quia nullus ꝗ in ecclesia sepeliri vt infra imunitas. secūdo quia laici in choro esse non debēt. hec Host. & Ray. Et bene dicit. violat. & reconciliatur ab eodem & eodem modo sicut ecclesia. ꝗm Hostien. & Ber. & ecclesia reconciliata reconciliatur si est ei contiguum: ꝗm Joan. and. in. c. vnico. de consc. eccle. vel alta. lib. vi. & idem Archi. secus aliās. Quomodo vero fieri debeat eius cōsecratio habetur in pastorali.

¶ Primo vero queritur quomodo polluitur & dico q̃ eo modo benedicitur. & polluitur. & reconciliatur sicut ecclesia vt dictum est. Et si est ecclesie contiguum. ea polluta polluit: non autem econuerso polluto cimiterio polluitur ecclesia. vt in. d. c. vnico: nisi minus dignum videatur trahere magis dignum. Si vero non est ecclesie contiguum ea polluta non polluit. Sed siue sit ei contiguum siue non: polluit p sanguinis vel seminis effusionem: sicut de ecclesia dicit infra consecratio. ꝗ. Item polluit quādo aliquis excommunicatus vel infidelis in eo sepelitur. vt in. c. consuluisti. de con. eccl. vel alta. Quattuor ergo modis polluit. f. polluta ecclesia vel effuso semine. vel sanguine. vel sepulto prophano. nec debet aliquis in eo sepeliri antequam reconciliatur. vt in dicto capitulo vnico.

¶ Secundo. queritur quid si duo cimiteria sunt contigua interuenente tamē parietes vnū violatur: & dico q̃ sunt cimiteria duo: vnde vno polluto aliud non est polluturum: etiam si porta esset in pariete per quā ab vno ad aliud esset accessus. vt in co. c. vnico. Si tamen ipsa violatio siue effusio fiat in media porta. dicit ibi Ge. q̃ si fiat in parte alterū eorum vicinori illud solum est polutum: si vero fiat in medio. vt dicit Jo. an. pollutum est illud cuius causa pariet. & porta facta est: quāsi sit illius accessio per. i. & si non sunt. ff. de auro & argen. lega. vbi dicit: spectamus que res cuius rei ornande causa fuerit adhibita. non que sit pcioslior. Si autem dubitat cuius causa sint facta: videtur principaliter facta vt faciant cimiteria duo. vt innuit ibi textus. non aūt accessorio & sic vtrūq̃ polutum est.

¶ Tertio. vtrum sim iliter dicēdū sit si violatio fiat in porta ecclesie: & dicunt Ge. Jo. an. & Jo. de imo. q̃ sic quando iniuria sit intra clausuram hostij versus ecclesiam. secus si in parte extra clausuram: arg. no. per Barto. in. l. prima. ff. de donatio. Et intendunt isti q̃ factum sit extra ecclesiam illud quod est factum extra lineam ad quā pertinent vallae in liminibus.

¶ Quarto. queritur quando cimiterius nō consecratum. consecrandum est. vel reconciliandum. vtrum exhumanda sint corpora excommunicatorum. hereticorum. & infidelium: & dico q̃ si consecrandum est. & discerni possunt prius debent eici et partes cum signa radi. de consecra. distinc. i. ecclesiam: si vero cimiterium prius consecratum reconciliandum est: eodem modo discerna corpora eicienda sunt: si discerni possunt. extra de sepultu. sacris: sed dicta abra non reconciliandum esset. Corpora autem fidelium in cimiterio sepulta ab excommunicatis scismaticis vel infidelibus & huiusmodi. non propter hoc debent exhumari. de sacra. ite. a nobis. Corpora etiam sanctorum. nemo transferre presumat sine licentia principis. idest pape ꝗm glo. vel episcopi. de consecra. distin. i. de loco: quod verum est si sunt tradita perpetue sepulture: alias sine alicuius auctoritate transferri possunt ꝗm glo. ibi. Et hoc. idem dicit videri de ossibus aliorum fidelium. ff. de reli. & sump. fu. l. ossa. sed hoc non intelligas de loco proprio sed de communi: puta de vno cimiterio ad aliud.

¶ De circūstantia.

Circunstantia ꝗm. s. Tho. xii. q. vii. ar. i. est accidens actus humani attingens illū extrinsece. sicut localiter dicitur circunstare. quod est rei extrinsece cum attingens tamen ipsam rei intimi ipsi actui. sed inquantum sunt et quodammodo se contingunt in codem subiecto. Et sunt septem hoc versu contenti: quis quid. vbi. quibus auxilijs. cur quomodo quando: ita tamen vt sub quid intelligatur non solum effectus. sed etiam obiectus idest quod & circa quod: de quibus omnibus vide vbi supra. & in quarto dist. xvi. q. i. per totum. Et adde ꝗm Ray. octauam vtrum sit factum consuetudine sed etiam q̃ ad numerum ꝗm archie. sed hoc ꝗpie non pertinet ad circūstantiam sed ad substantiam actus: quia vbi aliquid sit bis est substantia actus geminata: et peccatū duplex etiam si obiectum sit vnus numero vt si quis initer polliatio temporibus bis eundem per curiat.

1 q. ¶ Primo vero queritur vtrus circūstantia peccati vel actus speciem mutet trahendo ad aliam speciem vel genus peccati: et dicit q̃ circūstantia addita si indifferenter se habeat ad rationem neq̃ bonum neq̃ malus importans non mutat speciem peccati: sicut percutere hominem indutum veste alba vel nigra: vel accipere alienum manu dextra vel sinistra. Similiter nō mutat speciem si habet repugnantiam ad rationem solum ex suppositione alicuius prioris: sicut accipere alienum. in magna quantitate. est eiusdem speciei cum accipere alienum: quia hoc quod dico magna quantitas non repugnat ratiōi nisi ex suppositione vnius quod dico alienum: vnde nō est malum accipere aliquid in magna quantitate si esset proprium. Si vero importet aliquid repugnās ratiōi primo et per se: dat speciem peccato: sicut hoc quod dico alienum dat speciem furti huic quod dico accipere: ita q̃ si ei quod est accipere superueniat hoc quod est alienum: constituit furtum: sicut ratiōate adueniēs animali. cōstituit hominem.

¶ Secundo. queritur vtrum circunstantia mutans vel dans speciem semper aggrauet peccatum in infinitum. vt deveniat fiat mortale: et dico ex doctrina. s. tho. quarto. vbi supra. & Pe. de pal. ibidem. q̃ non vnde circunstantia non dans speciem nūquam aggrauat infinite: alioquin infra eādem speciem esset vnius ab alio infinita distātia. Que etiam dat speciem nō aggrauat in infinitum semper. vt quādo ipsa de sui ratiōe est peccatum veniale: siue id cui additur sit peccatum veniale siue mortale: sicut ad actum gule qui est propere. addit hec circūstātia saute specialem deformitatem. que ex se faceret peccatum: et tamē non aggrauat in infinitum. Aliquādo tamē aggrauat in infinitum licet non semper.

¶ Tertio. queritur que sint circūstātie aggrauātes infinite: & dico ex doctrina eiusdem ibi. q̃ sunt ille que habēt directe oppositionem ad charitatem: quod ostenditur ex hoc q̃ sunt directe contra preceptum legis. cuius finis est charitas. & intelige ꝗm Scotum quādo preceptum est speciale vt non mechaberis: non autem quando generale vt declina a malo. idem. s. Thom. in de ma. q. vii. septimo. in co. item de verl. xiii. vii. intelige etiam ꝗm sanctum tho. tertio di. xxxvii. q. i. ar. i. q. ii. ad secūdū quādo preceptum speciale est litteraliter intellectum & non methaphorice vel spiritualiter. Ex quo infero primo q̃ circunstātia temporis non trahit in aliam speciem et sequenter non aggrauat in infinitum: vt dicit. s. tho. quarto. dist. xxii. q. vltima. ar. vltimo. & etiam probant diffuse in rosa aurea. casu. xxiii. & in hoc errant sum. angel. & rosel. Infero secundo quod circunstantia persone similiter non aggrauat in infinitū

Universidad de Deusto Biblioteca

nisi in tribus casibus primo ratione voti q̃ ipsa fecit in quo includitur preceptũ vt observet silud vnde contrahere cum moniali aggrauat infinite/secundo ratione ꝓcepti sibi facti: vnde cõtrahere cum ordinato in sacris: similiter infinite aggrauat: tertio ratione scandali eo casu quo scandalizare est ei mortale: ⁊ consequenter contra aliqõ preceptum. Quia tamen inquit. s. tho. circunstantia mutans speciem non est iam vt circũstantia peccati computanda quia pertinet ad speciem actus inquantum est mortalis: ꝯ circũster subiectantiaꝯ actus: ideo dicunt magistri circũstantiam non aggrauare in infinitum.

4 ¶ Quarto queritur quare circũstantia loci variat spẽm: cũ non aggrauet nisi ratione subitrari cui additur puta furti vel homicidij aut fornicatiõis: ⁊ dico q̃ immo ex se circunstantia loci aliqñ aggrauat ⁊ repugnat rõni. etiam si addatur actui bono maxime stantibus statutis iuris humanis vt si iudex suspendi iubeat furem aut cedi capite proditorem in ecclesia: aut si vir vxori debitus reddat nisi forte in casu de quo. infra debitum ℣. iij. q. locum sanctum decet mũdicia non solum animi sed etiam corporalis/Sz contra q̃ idem erit de circũstantia tẽporis q̃ tñ. s. tho. negat so. immo non est eadem rõ. q̃ actio iniuriosa vel indecens ⁊ immũda ꝓpe attingere aut maculare non potest nisi forte ex intentione operantis in despectum sacri temporis quo casu mutaret speciem ⁊ aggrauaret infinite: de quo plenius in ro. au. vbi. ũ.

15 ¶ Quinto ꝗritur vtrum circũstantia loci vt temporis aggrauet infinite: et de tempore quidem dico q̃ non vt dictum est nisi ratione contẽptus vel si circa hoc fieret speciale ꝓceptum/de loco vero dico q̃ sic: q̃ illa circũstantia variat speciem saltem stante precepto ecclesie: ⁊ deinde supponit preceptum ecclesie aggrauans actum infinite/Sed ñ fm hoc tres spẽes sacrilegij distinguũtur: de q̃ infra sacrilegium. ⁊ in ro. au. casu. lxij. tra confessio. i. ℣. ix. x. xi.

¶ De citatione.

Citatio est vocatio iuridica ad iudicio conspectum: ⁊ quadruplicitet fieri potest fm Guil. de mon. lau. primo. f. per nunciũ vel literis citatorias: secũdo p precones. tertio per edictũ cle. j. de iudi. quarto ex iuris dispositione. Fieri autem debet citatio trib edictis: vel ex eã vno peremptorio q̃ tantum debet tẽporis continere quantum tria nisi vrgeat necessitas. de dila. c. j. cum glo. ⁊ tale peremptorium vim hꝫ trine citationis. C. quõ ⁊ qñ iud. l. trea denunciationes.

¶ Primo vero queritur vtrum semp sufficiat vna citatio peremptoria qñ iura trina requirunt: ⁊ dico q̃ hoc non sufficit in penalibus siue vbi agitur ad penam incurrẽdam fm Joã. an. in. c. ex tue. de cle. non resi. quia in penalibus verba proprie ⁊ stricte debẽt intelligi. de iureiuran. in nostra: ⁊ idem panor. in. c. si de vita ⁊ ho. cle. Angelica tamẽ distinguit inter citationem ⁊ monitionem: quo ad sufficere vnam pro trina: sed panor. senit contrarium vbi supra.

¶ Secundo vtrum citatio aliquãdo sit nulla siue non valeat: ⁊ respondet gl. in. c. si episcopus. iij. q. ij. q̃ fit in octo casibus. primo q̃ fit infra tempora angusta. secundo/quia non exprimitur causa tertio q̃ nimis maturatur peremptorium: quarto ratione ꝓpis puta feriati: quinto rõe loci puta periculosi vel inhonesti: sexto ratiõe iudicis. vt si est euidens eũ nõ esse iudicem q̃ citat septimo si apostolicum rescriptum non inseritur in ea: octauo qñ citatur spoliatus. Et de his vide ibi d̃ ffuse. vbi etiam dñ q̃ vbi euidens est citationem tenere. nõ tenetur venire reus etiam ad allegandũ suũ priuilegium: tutius tñ est vt cõparet nisi constet cum non esse suum iudicem vt ibi in. c. veniens de accu in glo. Immo ego dico q̃ citatꝰ in dubio an citatio teneat semper tenetur comparere: ar. l. si quis alienare etiam si sit de alterius iurisdictione: sz intelligitur in dubio an sit de sua nec ne. vt ff. eo. l. ij.

¶ Tertio. vtꝫ citatio facta die feriata ad 3 die nõ feriatam valeat. ⁊ panor. in. c. si. de feriis fm opi. Jo. cal. do. car. ⁊ dñi anto. ebar. in. l. j. ℣. nunciatio. ff. de no. ope. nũ. cõcludit q̃ nõ valet de iure. per. l. dies festos C. de fer. vbi dicitur q̃ silere debet horrida vox ꝓconis: ⁊ intelligit panor. nõ solum in feriis introductis ad honorem dei. sz ẽt in aliis introductis in fauorem hominum: et idẽ putat in repentinis. nam iperator mãdat eos sub eadẽ veneratiõe obseruari. q̃ solẽnes. C. de fer. l. oẽs. Et ꝓcludit nullum istoꝝ triũ actuũ fieri posse die feriata. f. ꝓceptum de citãdo. executio ꝓcepti. l. actus citatiõis. ⁊ ꝓcessus qui fit vigore citatiõis.

¶ Quarto. queriẽ vtrũ valeat citatio fcta die non feriata: p feriata ⁊ dicit panor. vbi ℣. post cal. ⁊ spe. ⁊ Jo. and. q̃ si ponitur: p̃ ly

potest qualibet die comparere. infra festũ: secus vbi simpliciter quis citatur. vt simpliciter compareat tali die que est feriata: quia tunc prius venire non potest nec debꝫ ⁊ illa die venire non tenetur: ⁊ sic necessaria est noua citatio. Et hoc tene quicquid senserit. do. Anto. hec Panor. Si tamẽ esset dubium vtrum citatio teneat necne. debet citatus ire ad allegãdum priuilegium feriei. iij. q. ij. si episcopus. ⁊ ibi glo. Si ertas quis eiter non ad respondendum sed ad comparendum die feriata: bene tenet citatio. ff. de
5 adul. l. miles. ℣. sexaginta.

¶ Quinto. vtrum corporaliter impeditus teneatur per alium comparere: ⁊ dicit Panor. in. c. in nomine domini. de resta. q̃ non. ⁊ actus gestus eo absente. perinde est ac si
6 citatus non fuisset.

¶ Sexto vtrum citatus non comparens in primo termino condemnari debeat in expensis factis per aduersarium: ⁊ dicit bar. in aut. qui semel. C. quomodo ⁊ quãdo iudex. q̃ sic: nec dꝫ expectare vt sit 2tum ꝯ in
7 secũda ⁊ tertia citatione.

2 ¶ Sexto querit quid de clerico vel alio magistro qui discipulū verberauit. si ille ex sua incuria vel ignorantia aut negligētia medici. moriatur: ⁊ dicūt quidam q̄ est irregularis per. c. ꝓsbyter. eo. titu. q̄ ideo dicunt q̄ vix ꝓtingere posset quod ex leui castigatione que sola magistro cōceditur quis intereat: tamē alij melius dicūt quod si iste ꝑceptor non excessit modum correptionis sibi ꝓmisse. ⁊ diligētiam adhibuit ne periculose peccaret. nō tenetur de homicidio ꝑ regulā primam. Non obstat. d. c. ꝓsbyter: q̄ ibi ꝓcussio fuit in loco periculoso. l. in capite: vnde ꝓesbyter ille non adhibuit diligētiam licz daret operam licite rei ⁊ ideo imputat̄ illi. etiam si puer postquā cōsuluit ꝓrecidauisset ꝓm glo. q̄ intelligo postquā ꝓualuit semiplene. ita q̄ reliquie prime infirmitatis cooperate sunt ad mortē cum sed̄a supueniente. Nec etiā obstat. c. li q̄ ⁊ non iratus. xv. q. i. vbi est iste casus: q̄ dicit ibi glo. textum illum intelligi quādo ꝑcutiens excessit modum correptiōis. Si q̄ aūt alium ꝓcusserit vulnere nō mortifero. dans tamē opam rei illicite. si ille moriat̄ ex imperitia medici vel incuria sui. irregularis est ꝑ. ij. regulaz nō ob. glo. in. c. exhibita: q̄ loquit̄ in casu illi⁹ capituli. i. de puero lapidē laciēte qui fz panor. ibi nō erat in culpa.

3 ¶ Tertio. Quid de clerico dyacono. qui ludens cum alijs clericis. falcē qua accinctus erat nō remouit ex qua alius eq̄taturus in illēs mortale vulnus excepit ⁊ expirauit: et dico cum irregularē per secūdam regulaz: q̄ ꝛ operam daret rei licite. ⁊ ñ diligentiam debitam nō adhibuit: quia falcē debuit amouere. ex quo ludi ꝓsuetudinē seruit. Et si ꝓhibuisset eum ne se equitaret. ꝛ esset nihilominus irregularis ꝓm host. ꝑpter ꝓsuetudinem ludi. tamē verius dicit Panor. quod nō. Et de hoc est casus in. c. ꝓtinebat̄. eo. tit. ⁊ ibi Panor. infert q̄ clericis ꝓmissus est ludus alleuiandi gratia: ⁊ glo. dicit. ludū a⁹ licitum clericis inter se illicitum effici. ꝑpter mixtionē laycorum.

4 ¶ Quarto. Quid de clerico q̄ ab alio clerico ludo. pectus ad terram. illū grauiter vulnerauit gladio quē habebat ad latus ⁊ occubuit: ⁊ dicit tex. in. c. lator. eo. titu. q̄ nō est irregularis. Nec ob. casus precedēs qui vt idem esse cum isto: q̄ ꝓ constanti habere debemus. q̄ iste clericus hns gladium. nec dabat opam rei illicite nec licite cum culpa vñ glo. in. c. ad audiētiam. eo. titu. quaz ꝓpo dat Panor. hec capitula ꝓcordans dicit. q̄ iste clericus in nulla culpa fuit. nec ipse aliquid fecit sed passus est ñm: ⁊ sibi facꝰ fuit. nō ipse fecit alteri insultū. sed alius in ipm irruit: ideo casus contingens ꝑ regulaz primam nō imputat̄ illi.

5 ¶ Quinto. Quid de clerico q̄ porcos de agro pulsurus lapidē fecit. ⁊ puerū interfecit: ⁊ dico eum nō esse irregulare ꝑ. c. clerico. l. illi. sed intellige q̄ ꝓm glo. dabat operaz licite rei ⁊ adde q̄ diligētiam adhibuit circūspiciendo. alioqn fuisset irregularis ꝑ regulam secūdam. Illud ēt. ꝑ talibus aduertēdus est q̄ ꝓm Panor. in. c. ex litis. el scdo. eo. tit. qui ꝓtoqcit aliq̄d ad locum insolitū. ⁊ per quez q̄ transire non ꝓsuetit. nō tenet̄ clamare. et in. l. si putator. ff. ad. l. aq̄l. a⁹ secus: ⁊ in. c. fi. eo. ti. dicit q̄ clamātes submissa voce vel post casum ꝓringētē: nō excusantur: sicut plerq̄ rustici ducētes multos. post ipactionē clamant: cane.

6

¶ Sexto. Quid de clerico qui venando aut se exercendo. iaculum proiecit. ⁊ alium casu interfecit: ⁊ dico eum esse irregularez. etiā si diligentiam adhibuit: quia dabat operā illicite rei. l. distinctione. ⁊ qui arborem. ⁊ si vero.

7

¶ Septimo. Quid de clerico q̄ causa libidinis fecit ad se venire ꝓgnantē ꝑ rectum vel descēsum parietis: ⁊ dum rediret cadēs perdictū descēsum abhorruit ⁊ dico ꝓm Sanct. de lau. q̄ est irregularis: quia dabat operaz illicite rei.

8

¶ Octauo. Quid de clerico vel alio. q̄ ꝑ reduos suis recuperandis offm iudicis implorat. ꝛ sciat. ꝑ certo q̄ sine sanguis effusione recuperare non poterit: ⁊ dico eum non esse irregularem ꝓm Joā. an. ⁊ est tex. in. c. ij. eo. ti. lib. vi modo. ꝓtestet q̄ nō intendit sanguinis vindictam: sed limita verū ꝓio q̄ alio licito mō recuperare non potuit. ⁊ sic intellige. Vincē. tenērem ꝓtrarium: ⁊ scdo q̄ si mortem sed recuperationē intendebat: q̄ fuit intentio maculata. ⁊ subsecuta est mors aut mutilatio irregularis est ꝓm hosti. ⁊ sic intellige. c. ex litteris. de excel. ꝓel. ⁊ xxiij. q. v. c. ij. ⁊ de pe. di. j. periculose. Scdm̄ ꝑdictā distinctionē dic si furem capiēs iudicij tradat. Et si post occisionem gratū habeat: nihilominus nō est irregularis: q̄ lex ꝑ motōis factum requirit. xv. q. i. c. fi. hic aūt non est factum ꝓprium vt pater nec alienū proprio nomine gestum ⁊ ꝓhr ratum: quia contradixit.

9

¶ Nono q̄d de sacerdote q̄ pro edificatione ecclesie vel domus. aduocauit aliquem in adiutorium. q̄ casu interijt. ⁊ dico eum non esse irregularem si nihil de contingentibus ommisit. eo. ti. c. fi.

10

¶ Decimo quid de sacerdote quo pro diuinis pulsante campanā malleus cadēs puerum interfecit: ⁊ dico eum non esse irregularem si id fecit ex officio sacristi vel eius permissione aut ꝓsuetudine q̄ q̄libet sacerdos vel clericus pro similibus poterat pulsare campanam. ⁊ diligētiaz ad habuit. Secus si non fecit ex dicto offō vel permissione aut ꝓsuetudine: vt in. c. Joannes eo. tit. item secus si non adhibuit diligētiā. vt q̄ fuit sacrista ⁊ tint in abulum diligenter nō ligauit per secundam regulam.

11

¶ Undecimo q̄d de monacho q̄ ludens signantem etiam leuiter zona correpta traxit ⁊ abortire fecit. ⁊ dico q̄ est irregularis ꝑ tertiam regulam. ⁊ ꝑ. c. sicut ex litterarum eo. titu. vbi panor. dicit verbuz singulare. q̄ in. d. casu si fuisset maritus eius. aut frater vel ꝓsona coniuncta. ⁊ ludus fuisset lenis. mors non imputaret̄ illis: ⁊ sic concludit q̄ ludus lenis. etiam cum muliere pregnante non est ꝓhibitus. si persona est honesta ⁊ coniuncta. ⁊ tunc non imputaretur abortus. qui monacho iputatur: quia vnus dat operam rei licite alius illicite. Et idē dicēdum est de ducente choreas cum pregnante si abortiatur: q̄ si est clericus vel religiosus irregularis est ꝑ tertiam regulaz: secus de seculari concurrentibus circunstantijs que requirunt ad licitas choreas: ⁊ hoc si saltatio sit lenis.

12

¶ Duodecimo quid de monacho q̄ mulierem a tumore gutturis curandam. aperto tumore ferreo instrumento monuit ne se vento exponeret: sed illa se exposuit ⁊ perijt ⁊ dico quod est irregularis etiam si de contingentibus nihil omisit ⁊ idem si esset clericus etiaz si esset in minoribus sufficienter beneficiatus secundum panormita. in. c. sententiam ne cle. vel mona. per tertiam regulam. ⁊ per c. tua. eo. titul. q̄ illicite rei. l. chirurgie operam dabat que ars clericis interdicitur vbi interuenit incisio vel adustio. vt in. c. sententiam.

13

¶ Ti. quid de medico sub cuius cura infirmꝰ ꝓter voluntatem interijt. ⁊ dico vt no. panor. in. c. tua eo. tit. q̄ illi non imputatur cōcurrentibus quatuor. primo quod illud officium non sit illi prohibitum exercere sicut religiosis ⁊ clericis chirurchia. in. c. nō mosit ꝓ in illa arte: tertio q̄ exhibuerit oēm diligentiam ꝓm artem: quarto q̄ infirmum de his que sunt egritudini contraria informauerit: al's teneretur. de eta. ⁊ qua. ad aures. Adde tu quinto q̄ super his habeant ꝓbabilem conscientiam ꝓm archi. Et si non sunt irregulares nec prohibentur. ꝓmouere: secus quando sunt imperiti vel negligentes: ⁊ ex hoc probabiliter credunt aut dubitant infirmos perisse vel membris esse destitutos. d. c. ad aures.

¶ Ti4. quid de flobothomante aliquez causa medicine si ille interijt: ⁊ dicit. ꝓꝓ. quod nō tenetur si erat peritꝰ ⁊ adhibuit diligentiaz debitam: sic q̄ si incidendus non habuit ꝓsuetam dispositionem membrorum aut venaꝝ siue neruoꝝ: q̄ non tenetur in aliquo incisoz ꝓm Inno. nec est irregularis si in hoc ꝑpter suam imperitiaz non errauit: q̄ in hmōi potius casu ñ culpa creditur mors accidere. xxij. q. v. de occidēdis. Et ideo phisici ⁊ chirurgici si erant periti: et nihil de ꝓtingentibus omiserunt. et habēt sup hoc ꝓbabilez conscietiam. nō ꝓhibent a ꝓmotione q̄ui mortui sint infirmi: secus si fuerunt iperiti vel negligentes. et ex hoc probabiliter credunt vel dubitant perijsse infirmos. vel mēbris deperditos: quia sunt irregulares. de eta. et qualf. ad aures.

14

¶ Decimoquinto quid de custodib⁹ aut seruitoribus infirmoꝝ qui vocauerunt minutorem. vel ad eoꝝ peritionem dederunt vinum vel nō bene custodierunt vñ ex frenesi se occiderūt vel huiusmodi: et dico q̄ in omnib⁹ huiusmodi fz ꝓꝓ. et oēs summistas nō dz q̄ de facili habere ꝓscia scrupulozaz si bona fide fecit: nisi sit euidens culpa. aut negligētia dissoluta. adde fz mentē eius vel nisi daret opam rei illicite puta cōtra medici ꝓecepta cōmittēs: et si eā hz deponere debz ad ꝓfiliū bonivirl. Si aūt fuit lata culpa vel negligentia dissoluta puta si custos frenetici vel furiosi. dimisit eū vt ipse iret ad ludēdum in platea. vel. alias dat opam rei illicite. aut ex nimia crapula vel ebrietate vigilare non potuit. maxime cū deputatus eēt ad custodiam infirmi et certū sit vel ꝓm medicorum iudicium probabiliter dubitatur q̄ inde mors secuta sit. irregularitas contracta est secundum eundem ꝓꝓ. qui per culpā intelligit commissionem per negligentiā vero omissionem. Et videtur velle quod tenētur hmōi de culpa leui que est euidens non de leuissima: ⁊ de negligentia grauī non de leui quando non est dissoluta. Magis enim ponderatur commissio quaz omissio: vt infra. ⁊ xxiij. Et hec procedunt vbi custos nō

Universidad de Deusto Biblioteca

esset salariatus. sed custodiret ex pietate vel obedientia. Idem dic de vertentibus infirmos. vnde frangitur apostema vel anhelitus obturatur.

¶Decimosexto qd de eo qui latronem res
16 suas asportantē pcussit: ex q̄ pcussiōe surgere nō potuit. ⁊ sic est occisus ab alijs: ⁊ dicūt qdā indistincte q̄ est irregularis: q: illicite rei operā dedit. ex qua homicidiū casuale secutū est: s; q: dictū est q̄ clerico p rex defensiōe pcutere l; seruato moderamine inculpate tutele. quod et p; in. c. significasti el ij. eo. ti. Io distinguo. q: si non pcussit letaliter nec aio occidēdi. nec modum excessit debite tutele nec debuit pcogitare q̄ occideret ab alijs nō est irregularis. ⁊ ita vr esse casus in. d. c. significasti: ⁊ facit. c. exhibita eo. ti. ⁊ ff. loca. l. q̄ domum. in fi. ⁊ vr sensisse gl. in. c de cetero. ⁊ in. c. tua eo. ti. nec ob. d. c. de cetero. quia loquit de causa propinqua homicidij vt quis sit irregularis. si vo pcussit letaliter vel animo occidendi vel modū excessit. vel diligentiam non adhibuit pcogitando q̄ verisimiliter poterat occidi est irregularis vt p; ex dictis.

17 ¶Decimoseptimo quid de eo qui latronem vidēs clamauit. ex quo clamore latro captus fuit ⁊ occisus ⁊ dico q̄ homicida est ⁊ irregularis fm Inno. ⁊ ho. ⁊ sequit panor. in d. c. significasti el. ij. e. ti. Et si nō habuit animum ad mortē: q: debuit de homicidio cogitare. qd ex tali clamore cōiter sequit: qd bñ panormi. ibi limitat. qñ cōiter sequitur alias nō. ex quo animū non habuit ad mortē: limita et si clamauit pro rebus vel alijs q: si pro salute sue persone clamasset nō est irregularis.

18 ¶18. quid de eo q̄ arborem cedit nihil de cōtingentibus omittendo: circūspiciēdo ⁊ clamando fortiter ⁊ tēpestiue ⁊ tñ homicidiū sequitur. ⁊ dico q̄ si dabat operam rei licite vt quia sua erat arbor non est irregularis p regulam primam: alr vero erit irregularis per tertiam.

19 ¶19. qd de eo qui dat amatorium poculum ex quo sequitur homicidium preter intētionem: ⁊ dico q̄ homicida est ⁊ irregularis. vt no. panor. in. c. si aliquis. eo. ti. ⁊ facit. l. si qs aliquid. §. q̄ abortionis. ff. de pen. ⁊ rō est q: dat operam illicite rei: secus si homicidiū non sequitur puta q: fetus nondū erat formatus. vt ibi glo.

¶20. qd generaliter de occidente aliquem
20 ludo: ⁊ dico q̄ si licite ludebat fm vnam circūstantiam ludi personarū loci ⁊ temporis: ⁊ verisimiliter talis casus venire nō debuit: non est irregularis. vt p; in. c. lator. eo. ti. et ratio est quia dat operam rei licite cum diligentia: secus si ludat illicite: vel diligētiam non adhibeat: q: est irregularis vt ex dictis regulis patet.

¶21. quid si quis insequendo pijciat lapidē 21
post aliquem ludens ad terrorem ⁊ ille volens lapidem declinare impinguat in aliū lapidem vel cadat ⁊ moriatur: ⁊ dicit Inn. in. c. exhibita. eo. ti. q̄ proijciens tenetur: si iactus lapidis fuit cā lesionis: ⁊ idem abb. ⁊ vincen. sed panor. ibi hoc limitat: quādo iactus potuisset grauem percussionē inferre nisi alius fugisset: q: tūc ludus fuisset noxius etiam in pueris: secus si percussio non potuisset esse grauis: vel si proiectio fuisset a remotis. hec ex illo bene: q: intendit q̄ interuenit irregularitas ante ludus lapidum q̄ alr's licitus est pueris etatis beneficio redderet illicitus ex imoderato iactu. 22

¶Uigesimosecundo quid de puero qui frāgendo turgidā vesicam porcinam mulierē pgnātem terrore abortiri fecit: ⁊ dico q̄ Inno. Ab. ⁊ Uincē. sentire vident quod homicida sit ⁊ irregularis. sed oppositum bene tenuit Panor. quia ad esse irregularē non debet attendi quelibet causa fm gl. in. c. decetero. eo. titu. sed vt ibi dicit Panor. appellatione cause. propinquam ⁊ non remotā intelligimus: ⁊ facit. ff. ad. l. cornel. de sicca. l. nihil interest in glo. sicut non est homicida faber cultellum faciens. Unde percutiens aliquem vulnere non mortifero non est irregularis fm Ber. in. d. c. exhibita. si ex imperitia medici vel incuria. aut expositione ad labores ⁊ sudores moriatur: si tamen quis animo nocendi faciat aut minorem diligētiam adhibuit considerat etiā causa remota fm eundem Ber. in. c. decetero. ⁊ in. c. pre 23
sbyterum.

¶Uigesimotertio qd de parētibus qui a casu. pprios filios in lectis occiderūt: ⁊ dico q̄ si fuerūt in culpa graui aut leui tenet de homicidio: vt p; in glo. c. fi. de his qui propi. fi. occi. quia datur eis pro culpa graui. penitentia. vij. vel quinq; annorū: pro leui triū: si vero nulla culpa precessit non tenentur: similiter nec si precessit quidē sed leuissima in omittendo fm Panor. de pe. et remi. quesitū: q̄ ibi infert q̄ leuissima culpa i. hōicidio nō inducit irregularitatē. qñ sine tactu talis perpetratiōe homicidiū secutū est: ⁊ idē dico si pcessit culpa leuissima aliqd licitum agēdo. q: et ea nō esset qs irregularis. Qd verū est indubitanter quod agit aliquid licitum ad cōmodum occisorū: vt supra. §. xv. de ser

uitoribus infirmorū dictū est: imo nec si age
Nota.1. ret qs rē de se licitā ad cōmodum pprium vt ex quarta regula patuit. Sed p his sciendū est primo q̄ parētes filios teneros apud se collocare non debent. aliter sunt in culpa ij. q. v. consuluisti. quando. s. id agūt gratia sui cōmodi. ne. s. plorent ad aures. aut ipsi frigeant assurgētes ad cunas vel huiusmodi ⁊ eis imputatur homicidiū etiam p culpa leuissima: secus vbi hoc agerent ad commodū filiorū. puta q: ita sunt pauperes q̄ eos pānis fouere in cunis cōtra frigora nō possent: q: ex hoc nō sunt in culpa nec de homicidio tenentur nisi alia culpa interueniat: quia duobus malis concurrentibus minus eligitur. xiij. dist. nerui: sed ⁊ si alia culpa interuenit non tenētur nisi sit grauis aut sal
Nota.2. tem leuis non autē si sit leuissima solū. Sciēdū est secundo q̄ fm sum. ang. verū est vniuersaliter leuissimā culpam in homicidio irregularitatem nō inducere: sed sum. ros. non putat verū vnde dicit q̄ dans operā rei illicite de se tenet de omni culpa etiā omittendo ⁊ de omni casu etiā si diligētiam adhibuit: quod probat p capitula. suscepimus. decetero. tua. ⁊ sicut ex litterarum. extra eodē dans vero operā rei licite si fuit in culpa et leuissima cōmittendo tenet de casu inde sequuto. vt dicit ⁊ probat p. c. clerico iaciente l. dist. ⁊ c. presbyterum. ⁊ c. ad audientiā. eo. titu. sed hoc non est verū nec probatur in capitulis que allegāt. culpā fuisse leuissimā: si vero fuit in culpa omittendo nō incurrit irregularitas: ⁊ iste est casus. d. c. quesiuit: q: isti parentes dabant operam rei licite. tñ fuerunt in culpa omittēdo. ibi ex incuria. Sed
Nota.3. adde tu iuxta quartam regulā q̄ et cōmittendo culpa leuissima irregularitatē nō inducit. Sciēdū est tertio q̄ iura plus omissionis quā cōmissionis tollerant culpam: p quo facit theorica aurea Bar. in. l. quod nerua. ff. deposi. de qua magnum festum. Alex. de imo. facit in. l. si mora. ff. solu. matri. scilicet quod in oibus contractibus in qbus quis tenetur solum de dolo ⁊ lata culpa: tenetur etiā de leuissima in faciendo cōmissa. Supra eo. in princ.

24 ¶Uigesimoquarto queritur quid de habēte animal: puta vrsū vel leonē qui aliquem interfecit: ⁊ dico q̄ si non fuit in culpa nō tenetur de homicidio: si vero fuit in culpa tenet ⁊ est irregularis: puta q: erat ferox ⁊ non tenuit ligatum ⁊ huiusmodi: ar. c. hi q̄ arborē ⁊. c. sepe. dist. l. ⁊ quod notatur. in. c. de occidendis. xxiij. q. v. quod sum. ang. reprobato Host. tenet indistincte verum: q: forte dicta iura indistincte loquuntur: sed q: nō loquūtur de causa remota vt est in proposito que non venit noie cause in homicidio nisi adsit malitia vel diligentia minor. fm Ber: vt supra. §. xxij. ideo melius fm Host. in. c. ad audientiam. eo titu. ⁊ Inno. hoc pcedit si interuenit malitia vel lata culpa. vel fm alios et leuis: vt patet in sum. cōfes. li. iij. ti. i. q. xxviij secus in leuissima. ar. l. j. ⁊ fi. ff. si. qua. pa. ⁊ p regulā quartam.

¶Uigesimoquinto quid de eo qui vocauit 25
milites ad defensionem sui iuris. si aliquis ibi occidatur. ⁊ dico q̄ non tenetur de homicidio. vt in. d. c. de occidendis: ij. q. iij. eadē causa. c. maximianus: ⁊ hoc q: non est causa propinqua homicidij: secus si ipse occideret pro rebus aut iuribus suis: q: esset irregularis vt dictum est nisi defenderet suā personam.

¶Uigesimosexto qd de eo q̄ impulsus vel de- 26
clinans pcussionem alium impellit ⁊ occidit ⁊ dicit Hug. in. c. sepe. di. l. q̄ non est homicida nec irregularis: nisi fecerit in fraudē. adde vel nisi potuerit puidere ⁊ aliter euadere. 27

¶Uigesimoseptio qd de eo q̄ puerum misit ad flumē monēs vt ab eo caueret. ⁊ submersus est: ⁊ dico q̄ irregularis est vt videt tenere Host. sicut ⁊ diaconus qui falcem non remouit. de ho. continebatur: sed hoc bñ limitat sum. confes. si poterat rōnabiliter de periculo cogitari.

¶Uigesimooctauo querit qd de eo qui fa- 8
mulum corrigia gladium habēte verberās occidit: ⁊ dico q̄ est irregularis: quia debuit probabiliter credere occisionem. non remouendo cultellū: extra eo. ad audiētiā. Multos etiam casus in quibus irregularitas sine peccato contrahi potest habes titulo sequenti.

¶Rursus de homicidio tertio q̄rū qd penā maxie irregularitatis

HOmicidiū. tertio inquātum penā ⁊ irregularitatē inducit. ē duplex. s. sumptum proprie quod est occisio hominis iniusta ⁊ cum peccato: ⁊ large quod est occisio hominis etiā iusta ⁊ sine peccato. Et de vtroq; quomodo in multis casibus irregularitatem inducat in duobus prioribus titulis incidenter dictū est: vbi de eo quantum ad peccatum agēbatur nunc autem de vtroq; inquantum inducit penam maxime irregularitatē ex intentione dicendū est.

¶Primo vero querit que ⁊ quot sunt regule 1. q.
generales pro iudicandi de irregularitate circa homicidas: ⁊ dico quod sunt multe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

irregula. ¶ Quarum prima hec est nullus iudex magister. aut doctor. in dubio debet aliquem irregularem iudicare: ar. de pe. dist. prima
2 §. pene. ¶ Secunda. Quilibet in dubio se debet irregularem reputare. vt in. capitulo. ad audientiam. eodem titulo. Unde in foro anime maxime quando aliquis de hoc non est infamatus. debet sue conscientie relinqui: vt in. c. ex litteris. eodem titu. Et has duas ponit hostl. in. dicto. capitulo. ad audientiam. Et sic patet quod in foro contentiosovbi agitur ad penam. non debet quis in dubio reputari irregularis: secus in foro anime vbi agitur ad imponendam penitentiam: de quo panormi. in. dicto. capitulo. ad. audientiam. ¶ Tertia. Ad incurrendam irregularitatem ex homicidio. necesse est interuenire factum vel preceptum. vel consilium. vel defensionem. vel cooperationem occidentis: et hanc ponit Innocen. in dicto. capitulo. ad audientiam. sed attende quod ad cōsilium reducitur animatio. et ad cooperationem auxiliatio. Igitur homicidium mentale nunq̄ irregularitatem induc it: quia lex promotionis factum requirit. xv. q. j. c. vltimo. sed intelligē factum propium vel alienum in quo quis participat verbo vel signo equipalenti. vt in precepto vel habitione: similiter nec homicidiū permissionis etiam cum quis sine periculo posset liberare. vel delectatur de morte: nisi forte sit prelatus aut dñs vt infra §. v. ¶ Quarta Causam homicidij que irregularitatē inducit oz esse propinquam. ff. ad. l. cor. de sicca. l. nihil interest: secus de cā remota. seu occasione: quia nō ideo est homicida faber quia cultellum fecit de homi. tua. quod fiber. limitatur de causa remota. nisi ds animum habuerit nocēdi. aut minorem adhibuerit diligentiam: vel non cogitauit q̄ debuerit cogitare. eo. ti. Hybrey. in ti. ¶ Quinta. Infans occidēs non est irregularis nisi sit doli capax. cle. furiosus. de homi. et no. panor. in c. j. de pue. et Jo. an. ibidem: et similiter dic de furioso. pro quo facit. l. pria. C. de fal. mone. ¶ Sexta. Quantum ad irregularitatem contrahendam non est in iure vel communi doctrina canonistarum inuenire differentiam inter laicum et clericum sed vbicunq̄ irregularis est clericus. est et laicus: e contra: excepto homicidio casuali: vbi aliquando est irregularis clericus et non laicus: e contra: quia aliquid est illicitum clerico et non laico vt mercari et ludere ludo clerico interdicto vel mederi. et ecōtra vt celebrare diuina: vnde si ex mercatione clerici sequatur occisio adhibita diligētia est irregularis non autez laicus. Quatuor alie regule habentur supra homicidiū primo in prin.

¶ Secundo qrit vtrum omis homicida sit irregularis: et dico multa. ¶ Primum. omnis occidēs aut mutilans post baptismum per industriam et voluntarie et sine peccato est irregularis. vt no. in. c. j. de homi. et ibi patet p tex. et non solum promoueri non potest sed etiam promotus. est perpetuo deponēdus extra. eo. sicut dignum. dist. l. si quis vxorem. etiam si interficiat sarracenum vel paganum. dist. l. clericum. Et hoc siue occidat cum peccato siue sine peccato siue per se siue per alium. mandato. consilio. defensione. permissione. cooperatione. animatione. auxiliatione. Unde in causa mortis aut mutilationis. irregularis est iudex etiam si fuisse procedendo. d. ij. aliquantos. et accusator ac testis. et notarius sententiam scribens. aut proferens: vel attestationes scribens aut legens dum publicantur. vel scribens aut dicens literas pro vindicta tanquam aduocatus quoq̄ contra reum. vel pro reo si cum effectu accusator subsidiatur tallionis: assessor etiam et quilibet alius officialis. vt no. in. d. capitulo. aliquantos: et per totum extra ne cle. vel mo sententias et in glo. in tum. dist. ij. Si tamen effectus non sequatur nullam incurrunt irregularitatem etiam episcopalem vt dicit §. v. vt expresse dicit panormi. in. d. c. sententiam. et in. ca. clericis. ne cle. vel mo. vbi facit pulchram theoricam. quod per solam mortem aut membrorum truncationem quis irregularitatem incurrit: secus si alia sanguinis vindicta sequatur: et in. c. si aliquis de homi. dicit quod ex sola voluntate nunq̄ est aliquis irregularis. quod etiam tenet gof. qs indubitanter tene quantūcunq̄ quis mortem attentauerit: nec §. v. dictum aliquo iure cauetur: glo. quoq̄ in. ca. periculose de pe. di. prima. dicens talem irregularem intelligitur secundum panormi. de irregularitate consequente peccatum non de indispensabili. ¶ Secundum. Item sunt irregulares omnes de familia rectoris. affectantes pro defensione malefactorum ad mortē equestres vel pedestres. et trahentes malefactorem ad cordam si inde fatetur occidi. vel fuerit. excepto tamē in quisitiōis negocio. similiter q̄ acuit vel deferit securim vel aliud occisionis instrumentum. vel portāt scalas aut funēs pro aliquo suspēdendo. et hoc quilibet dat causam propinquā morti vel in ea cooperatur. d. c. si quis viduam. di. lj. Secus de faciente gladium vel funes ad omne vsum non ad mortem sed casu inde sequitur. xxiij. q. v. de occidendis. ¶ Tertium. Similiter est irregularis qui aliquid facit vel dicit vt omino moriatur. vel citius moriatur: si hoc est certum: puta voluit infirmum vt citius moriatur: dicit decapitando vt caput ponat ad ciprum: et ex hoc citius ponit: vel dicit satelitibus huismodi ar. d. c. si quis viduam. Et generaliter omnis homicida et mutilator voluntarius etiam si occisus vel mutilatus sit paganus. di. l. clericum excepto eo qui hoc ob defensionem sue persone facit cum alter etatis non possit et furioso infante ac dormiēte qui non sunt irregulares. vt in cle. vnica. eo. titu. Et quod dictum est de infante. pe. de anch. dicit verum etiam de maiori septennio si non sit doli capax. Quod etiam dictum est non esse irregularem cum qui occidit se defendens. s. tho. 2. 2. q. lxiij. dicit esse falsum: quia tunc non emanauerat. d. cle. Et pditur etiam ab irregularitate se qui est homicida permissione scilicet nō obuiando cū possit etiam si de homicidio delectetur secūdum archie. sicut etiam non est irregularis medicus permittens infirmum mori nolēs sibi mederi. et diues dimittens pauperem fame perire. xv. q. prima. si quis non iratus in
4 fra §. v. particula quinta. ¶ Quartum. Omnis etiam homicida a casu irregularis est in casu in quo sibi imputatur homicidium. sm doctores: es si culpa sit grauis aut saltez leuis iuxta dicta supra in principio tituli prioris:
3. qō. als non.

¶ Tertio queritur vtrum omnis mutilator et debilitator membrorum seu mutilatus et debilitatus sit irregularis: et dico multa.
1. dic. ¶ Primum loquendo ꝓ tum ad mutilantes. Nulli seipsum mutilare licitum est vt supra homicidium. i. §. j. particula prima dictum est: et qui se mutilat ex impatientia vel credens se deo prestare obsequium puta vt castre viuat. nihilominus a promotione repellitur. et deficitur promotus. de corpo. vitio. si sanificauit. quia talis homicida sui iudicatur. dist. lv. si quis occiderit. et di. xxxiij. maritum. si vero quis se vel alium mutilet: q̄ membrum est corporis corruptiuz. nō peccat secundum sanctum tho. 2. 2. q. lxiij. nec est irregularis nisi ex mutilatione inducatur deformitas vel impotentia ad ordinis
2 executionem. vt in summa confes. libro secūdo. titulo primo. q. xlij. ¶ Secundum. Mutilatio membrorum extra casuz infirmitatis quo ad peccatum mortale irregularitatem et dispensationem parificatur homicidio secundum notabilem glo. in clemen. vnica. e. titu. et facit. c. aliquantos. dist. lj. cuz multis aliis ibidem. et. c. clericis. ne cler. vel mona. et. c. in archiepiscopatu. de rapto. et. c. is qui. de homi. libro sexto. Non tamen quelz mutilatio irregularitatez inducit secundū carpolt laud. in d. clemen. vnica. sed solum cum mutilatur aliquod de principalibus membris. et secundum pano. in c. j. qui cle. vt vo. sola effusio sanguis nō inducit irregularitatez. vide infra particula quarta. Ex his autem patet quod de mutilatore distinguēdum est vt de homicida quantum ad irregularitatem: vtrum. s. mutilauerit sponte vel a casu: et si a casu vtrum vando operam rei licite vel illicite: et si licite vtrum adhibita diligentia vel ne. ¶ Tertium. Si membrū non mutilatur sed debilitatur: non inducitur irregularitas secundum panor. in. c. de diacono. qui cle. vel vo. idem dicit in. c. clericis. ne cle. vel mona. ar. j. q. i. sicut vxori. quiz mēbrum debilitatū sit quasi inutile quo ad operationem: tamen valet saltem ad decorem et in penis facienda est mitior: inter pretatio. et concor. secundum eum cal. et similiter gaspar in. d. c. de diacono. Sed hoc limita prio per cle. vnicam. eo. titu. et per. c. qui percussit xxiij. q. vltima. quando debilitatio nō est totalis sed stat vsus eius aliqualis: vbi autez ex toto debilitatur et inutile operationi penitus redditur inducitur irregularitas: p id quod no. cy. in auct. sed nouo. C. de ser. fugi. vnde barto. in. l. j. ff de pub. iud. in fi. dicit quod mutilatio proprie est quando membrum leditur: ita quod suum offiū exercere non potest: quod probatur in l. idem ophilius. in prin. ff. de edil. edic. truncatio ꝓ qñ ex toto abscidit: et idem panor. in. c. cum illorum. de senten. excommu. quod mutilatio et truncatio vt diuersa ponuntur in. d. clem. vnica. et vt truncatio totalis abscisio siue diminutio membri: mutilatio vero quando in rotum membrum non abscinditur sed ex p cussione impeditur eius officium: et vt ragi inquit irregularitatem inducit. Limita secundo secundum guil. de laud. in suo sacramentali si membrum debilitatum sit de principalibus: et de ijs que redderent hominez deturpatum et inutilem. s. penitus pro diuinis officijs exercendis: vnde si quis alteri faciem sic deturpet vt propter scandalum sit inhabilis ad premissa credit eum irregularem licet ille vere non sit mutilatus: et idem si maculam vel aliud impedimentum face

Universidad de Deusto Biblioteca

4 ret in occulto etiam sine erutione. ¶ Quartum. Truncatio digiti non inducit irregularitatem. s. in truncante sed principalium membrorum. s'm car. post laud. in. d. cle. vnica alle. ca. j. de cle. pug. in due. quod loquitur de membro. quod membrum proprie et stricte summendo. est ps corporis habens officium separatum et distinctum s'm bar. et io. de imo. in. l. ij. ff. de publi. iud. in fi. sicut manus ad palpandum et pes ad ambulandum facit. c. singula. dist. lxxxix. iuncta glo. et tex. in. d. c. sicut vegeri: et in aut. predicta sed nouo: digitus autem non est membrum: sed ps membri. vt in. l. non sunt liberi. ff. de sta. ho. et. d. l. idem oppilius. quod limita nisi digitus esset polex vel index. ar. dictorum. §. pericula. iij. quia horum vsus est in ministrando necessarius et pariter horum priuatio reddit penitus inutilem.
5 ¶ Quintum. Quantū ad mutilatos autem glo. sum. d. l. sic dicit. Sponte. adde et sine causa: vitiati in quocūque membro repellunt a promotione. et deijciuntur iam promoti: vt infra eo. penitētes sunt enim homicide: infra: eo. si quis. et. c. q partem. Si autem casu vitiati sunt corpore scilicet ab hostibus inuitis vel propter egritudinem voluntarij siue a se siue a medicis non obest eis extra eo. si quis a medicis. Si autem alias sunt vitiati scilicet nec propria nec aliena voluntate: aut ipsi insistebāt operi illicito et repelluntur. aut licito. et sic si vitiati sunt in minimis membris siue occultis non repellantur a promotione. extra c. qui partem et. c. eunuchus. sed si in magnis et manifestis. non promouentur: vt infra eo. si euangelica. Si ergo aliquis in principalibus membris. s. in oculo vel manu habet enorme vitium non promouetur. secus si modicum et quod non generet scandalum vt extra de cle. egro. vel debi. presbyterum extra de cor. viti. ca. j. et. ij. hec ibi. de quo vide etiam. s. corpore vitiatus. §. j. et. ij. et limita vt. s.

¶ Quarto queritur vtrum homicide et mutilatores qui ab irregularitate. s. excepti sunt. s. sui defensor. infans. dormiens. et furiosus et s'm aliquos eadem ratione ebrius aliquo casu contrahant irregularitatem. et dico multa.
1. dictum ¶ Primum. Qui potuit quidem vitare mortem sed non mutilationem. occidendo inuasorem s'm lap. irregularis efficitur. sed verius car. in. d. cle. vnica sensit quod non. quia mutilatio et occisio equiparantur quantum ad irregularitatem incurrendam: et sic debet esse idem quo ad illam euitandam: et hanc opinionem tene: quia in iure mutilator appellatur homicida. vt dist. l. v. si quis absciderit. et distin. xxxiij. maritum. Qui tamen potuit euadere mutilendo inuasorem si occidat est irregularis. quia deest moderamē. nisi occideret preter intentionē adhibita diligentia.
¶ Secūdū. Qui fugere quidē potuit. sed fugiēdo se periculo exposuisset. puta quia probabiliter dubitabat de casu. aut velociori cursu insequentis qui ex fuga audacior factus facile percussisset. occidendo aut mutilando postposita fuga non est irregularis quia periculo tali se exponere non tenebatur. cū qualitas temporis et loci non patiatur plenius deliberandi consilium. ff. de exerci. l. prima.
3 ¶ Tertium. Qui occidit aut mutilat aliter quidē euadere nō potens. sed ad hoc ex illicito opere deductus. puta quia noctu deprehensus est cum muliere vel iuit ad iniustū bellum et hmōi. vr irregularis per regulas supra dictas: quia dabat operam rei illicite et pariter imputatur illi homicidium sequens. et hoc tenere vr asten. lib. j. ti. xxv. quam opinionem credo veram vbi iste licite impugnaretur et pariter illicite se defenderet vt quia capitur in fide a ministris iustitie pro maleficio. sed falsam. vbi impugnaretur illicite et consequenter licite se defenderet: quia iura excipiētia ab irregularitate homicidij voluntarij se defendentem. de licita defensione intelligenda sunt. quibuscumque in homicidio effectualiter est peccatum est et irregularitas nō econuerso: vnde vbi est illicita defensio est irregularis.
4 ¶ Quartum quātum ad eum qui dormiēs occidit bart. in. l. pena. ff. de paricid. distinguit: quia si hoc sciebat sibi euenire debuit prouidere vt iaceret solus vel nemo esset in camera: aliter est in culpa. et propter culpam tenetur: sicut putator arboris qui non admonuit transeuntes. ff. ad. l. aquil. l. si putator si vero hoc non sciebat sibi euenire parcitur illi. quia dormiens equiparatur furioso: vt. l. j. §. primo. de acquiren. posses. furiosus autem non tenetur. ergo et c. hec barto. Et et sic secundum eum. non est irregularis. Et si ideo sic in nocte somniauit quia in die sic cogitauit. distinguunt quidam a simili. quia aut sine culpa sua fuit lacessitus. et tunc non tenetur cum sit vitium nature. alias secus. dicta. l. pena.
5 ¶ Quintum. Ebrius si occidat vel mutilet secundum Math. zenc. et Cardina. in. d. clementi. est irregularis. quia si papa voluisset eum excipere hoc expressisset.

¶ Quinto queritur quid tradiderint iura specialiter de prelatis et clericis. quantū ad contrahendā irregularitatē. et dico multa.

1. dic. ¶ Primum. Eps vel alius prelatus hns iurisdictionem tpalē debet constituere iudicē secularem qui audiat cās percipue sanguinis: cui precipere pōt vt vnicuique iustitiā faciat: et ei interroganti quid agendū in tali casu q. s. mereatur cām sanguinis rādere pōt quod piros cōsulat: et caueat ne propter suam responsionē directam vel indirectam ille intelligat quod eum debeat sanguine punire s'm ray. quia si ex tali responsione reus occideretur vel mutilaretur esset irregularis. Pōt ēt talis plat' delegare alicui ēt spāliter sup aliquo maleficio puta homicidio in sua iurisdictionē cōmisso. vt inquisita veritate iustitiā exequatur: et si ille exequatur et occidat: nō propterea ille platus est irregularis. extra ne cle. vel mo. eps. lib. vj.
2 ¶ Scdm. Prelatis ecclesiasticis licitum est ob defensionē rex ecclesie vel fidei inuocare contra violētos brachium seculare et hortari tales: non quidē vt occidāt mutilent aut vulnerent: quia hoc esset directe ad homicidiū procurare: sed vt ecclesiā vel patriā liberent et terrā ab infidelibus occupatam reducāt ad xpm regē sup quo ecclesia magnas facit remissiones: et si hinc inde aliq occidantur nō imputatur plato sed peccaret nisi contra tales se opponeret. xxiij. q. v. de occidēdis. ij. q. viij. igitur. et. c. scire. et. c. omni. et. c. hortatu. et. c. vt pridē. Pertinet ēt ad clericos disponere et inducere aliū ad bellandū legitima bella: et interesse bello. lz manu propria bellare nō debeat et iuste pugnantibus spūaliter subuenire suis exhortationibus et absolutionibus s'm s. tho. 2. 2. q. xl.
3 ¶ Tertiū plati et alij q intersunt vindicte sanguinis s'm asten. non sunt irregulares nisi ad hoc dederint consiliū auxilium vel fauorem vel nisi intersunt tanq prestantes auctoritatem. vt pz in. c. ex literis. de excess. pla. vbi tn panor tenet quod sunt irregulares illi qui habent iurisdictionem sibi exhibendo presentiam suam. quia opem videtur prestare. d. l. si quis viduam. non aūt alij prelati lz grauiter peccent facientes contra ca. sniam ne cle. vel mo. sed dico quod nec illi nec isti sunt irregulares ex hoc ipso quod sunt presentes sed si ex psentia faueāt: nec peccāt nisi adsint ex causa iniusta puta curiositate: secus si ex pietate associando occidendum vel mutilandum ne desperet.
4 ¶ Quartum. Clericus respondens iudici quod pro tali crimine debetur pena mortis s'm panor. in. d. c. ex literis. post ho. est irregularis si crimen imminet puniendum de presenti. et ex suo cōsilio generali vel speciali sequatur homicidium dist. l. si quis viduam. non autem si ex sua responsione homicidium non sequatur: vt quia iudex erat dispositus omnino occidere: et iste interrogatus fuit a quodam alio et hmōi: similiter nec qn crimen non imminet puniendum de presenti quis respondeat quod meretur mortem: et sic intellige glo. in. d. c. ex literis.
¶ Quintum. prelati et alij iudices non liberātes ab iniusta morte cum possunt aut nō pascentes fame morituros s'm. d. d. lz pessime faciant non sunt irregulares: quia lex promotionis factum requirit. xv. q. j. si quis non iratus sed tn alijs melius videtur quod sint irregulares qn eis de iniusta occisione constat si effectus sequatur. ar. de homi. petrus. et de simi. maheus. quia in isto casu non solū est omissio sed etiam cōmissio sicut et in dictis iuribus pz. pro quo facit qn no. asten. lib. vj. tit. xliij. quod tales non sunt immunes a culpa homicidij allegans. c. sicut dignum. §. illi autem de homi. ar. dist. lxxxvj. facientis. et. xxiij. q. iij. non inferenda. et. c. qui potest. Immo lz solus iudex ad hoc ex precepto tenebatur. xxiij. q. v. qui malos. et. q. iiij. forte. consilium tn sanū est s'm gof. et ho. quod etiam priuatus hoc faciat si hoc sine suo periculo pōt propter iura premissa. 5
¶ Sextum. Clericus tradens latronē iudici seculari cū protestationeque sanguinis vindictam non intēdit sed tmn habere suam non est irregularis si ille iusticia exigēte immo etiam contra iusticiam s'm glo. occidatur extra eo. prelatis. libro sexto. nec obest si clericus ad conuincendum latronem signa dedisset: cum licite eum tradat conuictum aut conuincendum. Sed tamen predicta limita primo si expresse protestetur vt supra: secundo si mortem non intendebat: tertio secūdum aliquos maxime archid. si sua aliter habere nō poterat. vnde si sua intentio erat maculata irregularis est si occisio vel mutilatio subsequatur. Similiter si peracta occisione letetur et habeat ratum secundum ho. vt recitat asten. vbi supra rathabitio retrotrahitur et mandato equiparatur que in maleficijs generaliter attenditur quod asten. limitat si gaudeat de morte persone. secus si de punitione maleficij compatiendo persone.
¶ Septimum. Si clericus scribat quod aliquis capiatur: et ex captione sequitur mors aut mutilatio ipso ignorante factum et causam secundum hostien. videtur irregularis quia suspicari debuit sic posse euenire quod non est dubium si scribendo fuit in culpa vel sine diligentia. 7
¶ Octauum. Clerici cū alijs trahentes ad manganellos: vnde aliquis scitur aut probabiliter creditur occisus: dicit. d. d. quod melius est tenere certū. et sine irregulares. et hoc videtur tutius etiā bel. 8

lo iusto: licet alij dicant q licet eis turrim aut mu
ros impetere machinis et suffodere: licet non pso
naliter pugnare. et si inde preter eorum inten
tionem eueniat homicidium. illis nõ imputari.
9 ¶ Nonum Clericus benedicẽs aquam fer
uẽtem. vel ferrum candẽs. vel pugiles irre
gularis est sm Ray. si mors sequat: qd Ro
10 do. dicit tutius tenere. ¶ Decimum. plati q
subditos quãtũcũq grauiter delinquentes
incarcerãt cum afflictione q paucis dieb9
moriãtur sunt irregulares sz Jo. de ligna.
in cle. j. de pe. et re. vnde dicit q carcer nõ dz
nimis eẽ crudelis. nec eoz vita tñ attenua
ta q paucis diebus verisimilr moriant: sed
debent pane et aqua sustẽtari sicut vult. c.
nouimus. de verbo sig. et sequtur Panor. i. c.
cum non ab hoie. de iudi. Uide et. §. sequen.
particula. iiij.
.6.q. ¶ Sexto querit qd iuris de occisione et mu
tilatione que fiunt in bello: et dico multa.
1.dict. ¶ Primuz. Existẽs in bello iniusto vbi occi
ditur aliqs ab aliquo licz ipse non occidat est
irregularis ipse et quicũq est ex pte iniuriã
tium si illuc iuit vt bellantibus pstaret au
xilium: psilium: vel fauorẽ: et multo magis
vt aduersarios lederet sm Host. et Inno. in
c. petitio de homi. secus si causa pacificandi
vel alia cã iusta iuit: arg. a ptrario sensu i. c.
quãtum. di. l. et c. psbyter de homi. tamẽ sz
Ray. rodo. et Guil. cum pdictis poterit per
2 epm dispensari. ¶ Secũm. Existẽtes in bello
iusto ex pte se defendẽtium. sunt oẽs irregu
lares si occidunt. nisi in casu quo aliter eua
dere non possunt: alij vero q nec occidũt nec
mutilant. nõ sunt irregulares. licz ibi multi
occidant. Et si pcutiant aliquos qui deinde
occidant ab alijs dicit Archi. q sm Inno.
et Host. nõ sunt irregulares. dũmõ non pro
cauerint eos. extra eo. significasti. el. secõ et
hoc sm Inno. nisi pcusserint aio occidendi.
de quo videt casus in. d. c. significasti: qz es
sent irregulares et si non pcussissent letalit.
Imo licz clericis alios hortari ad belluz si fit
ptra rem publicam. aut ecclesiã vel catholi
cam fidẽ: non tamen arma summere: vt su
pra bellum. iij. §. iiij. Uñ panor. in. c. vlt. et pe
nul. de cle. pcussio. refert ac sequit Host. tenẽ
tem. q clericus pstãs opem oppressis vel ob
sessis iniuste. et adiuuãs eos q repellũt iniu
riam. pijciendo lapides et hmõi. dummodo
ipse neminem occiderit. non est irregularis
sed ista intellige quando qs certus est se nec
3 occidisse nec mutilasse. ¶ Tertium. Secũdũ
Ray. omnes existentes in pugna in qua ali
qui sunt occisi vel mutilati sed nescit a qui
bus censentur irregulares. et qui sunt ex pte
iniuriãtium et q ex parte iniuriam recipien
tium si illi erant clerici et sic illicite mouerũt
arma. dist. l. si qs post: sed Archi. xxiij. q. vi
ti. c. vi. dicit hoc dictum Ray. ab aliquibus in
telligi quãdo clerici erant in culpa: quia si
defenderent se vel socios necessarios. licz ali
quis a defendentibus sit occisus ex alia pte
reliqui qui nec interfecissent nec interfecto
res iuuissent. non sunt irregulares: licz ha
buerint. occidendi voluntatem: quia tex. p
motionis factum requirit sed melius est vt
dictum Ray. indistincte capiatur quãdo qs
non scit se non occidisse vel mutilasse: quia
in dubijs debemus tenere tutiorem. de spo.
iuuenis. et de hoc in simili infra. §. sequenti 4
particula tertia. ¶ Quartũ. Clericus in bel
lo fauorem prestans suis partibus. confor
tando q securius pugnent. aut incutiendo
hostibus terrorem. est irregularis secũdum
Innocen. si bellum est iniustum et mors inde
sequatur. secus si est iustum. item sec9 si iuit
ad bellum iniustuz causa pacificandi vel ex
alia iusta causa modo absit dolus et lata ne
gligentia secũdum eũdem Innoc. et Host. si
vero iuit ad iniustũ bellum ex iniusta cã. et
ad sui defensionem cogatur occidere vel mu
tilare: dic vt supra. §. quarto. pticula tertia. 5
¶ Quintum Quãtum ad clericum ministrã
tem pugnantibus arma quorum noie ve
niunt et fustes et lapides. ff. de verborũ sig.
l. armorum. qdam distingunt inter balistam
et alia. quasi ipsa nunquaz licite concedatur
in bello. qz prohibet ars sagittãdi: extra de
sagi. artem: sed tamẽ non est distinguẽduz:
qz glo. ibi quam seqtur Panor. restrigit tex.
quando bellum iniustum est. vt patuit su
pra aro. §. iij. Clericus ergo ministrans bali
stam ensem lanceam et generaliter arma pu
gnantibus est irregularis aliquo occiso vel
mutilato ab illis. si bellum sit iniustum sm
omnes. etiam si ad defensionem ministrasset.
arg. d. c. ad audientiam. et c. Joannes. et c. si
cui dignum. et c. fina. eo. titu. Si vero belluz
sit iustuz sm Host. et Inno. in. c. fina. z. ne cle.
vel mona. et Dire. lib iij. non est irregularis
concurrentibus duobus: pmo quod non mi
nistret vt occidant sed vt se et sua defendant
secundo quod credat illum cui ministrat non
velle aliquez occidere sed se et sua defende
re: sed sm eũdem Host. tutius est dicere q
sit irregularis. et sic tenet Jo. An. et Archie. vn
de indistincte dicendum est talem esse irre
gularem in bello iusto et iniusto: qz non licz
clerico ministeriũ immediatuz in mortez ali 6
cuius prebere. de pe. qd in dubijs. ¶ Sextũ.
Cõplectẽs multa. Quomodo et quãdo bella

tores maxime clerici efficiant irregulares
Jo. cal. in addi. ad dicta Jo. an. in no. vt re
citat et sequit archie. sic distinguit. Clericus
aut vtit armis incontinenti vim vi repellen
do cum moderamine inculpate tutelle: et sic
occidendo vel mutilando ad sui defensionẽ
non est irregularis aut vtitur aliter. Et tũc
aut vtitur de licentia pape. aut proprio mo
tu. Si de licentia pape in bello iusto vel po
test armis offensiuis et si occidat vel mutilet
non est irregularis: quia dando hmõi licen
tiam videtur abstulisse ab eo incursionem
irregularitatis. quod qdam dicunt verum
solum quando papa hoc exprimeret. alij ve
ro etiam sine expressione. Si vero vtit mo
tu proprio: aut in bello iusto aut iniusto.
Si in bello iniusto planum est q nõ est sibi
licitum siue pster fauorem suis. siue vt timo
rem incutiat aduersarijs. et si ibi aliqi sunt
occisi vel mutilati irregularis est. xxiij. qõ.
viij. c. j. et ij. Si vero in bello iusto puta pro
defensione patrie vel aliorum. poterit inter
esse cum armis defensionis et poterit horta
ri non tamen debet pugnare. xxiij. q. viij. vt
pridem: sz cum armis offensiuis non debet
ibi esse. nisi ea intentione vt defendat. non
vt pugnet. xxiij. q. viij. clerici: et si in tali bel
lo est aliquis occisus vel mutilatus ab ipso
clerico: est irregularis: secus aũt si ipse ne
minez occiderit vel mutilauerit. licz quis ab
alijs occisus sit aut mutilatus: ad cautelaz
tñ hoc casu pnia illi potest imponi: et sic intel
ligitur extra de cle. pcu. pñtium. Si vo in
tali bello clericus aliquem vulnerauit sed
nõ occidit aut mutilauit distingue. Aut ta
lis vulneratus occisus fuit postea ab alijs et
tunc subdistingue. quia aut clericus q vul
nerauit habuit animum occidendi et sic est
irregularis. eo. titu. significasti: si vero non
habuit animum occidendi. etiam subdistin
gue: quia si vulnus eius distingui potest ab
alijs vulneribus et non est mortale non est ir
regularis. vt eo. titu. significasti: aut nõ po
test discerni et tunc propter dubium irregu
laris indicat. vt in eodem versu. quod si di
scerni. Res autem suas non vt licitum ar
mis defendere. cum aliorum offensione. eo.
ti. suscepimus. Hec omnia io. cal. licz aliqua
liter sint breuiata. Notandum tñ primo q
circa rex defensionem dictum est. §. belluz
secundo. Notanduz secõ q ex hoc q papa
dat clericis licentiam vt inter sint bello. nõ
vt licere eis vti armis nisi ad se defẽdẽdũ
non autem ad occidendum aggrediendo.
etiam paganum sm archie.
¶ Septimo qrit q casus adhuc vltra pdi
cta remaneãt de irregularitate dubij: et di
co multa. ¶ Primum. Irregularis censet q 1.dictum.
aliũ letaliter pcussit. licz ab alijs fuerit extin
ctus et idem si non appet an letaliter sit etiã
pcussus ab alijs obijt. et non appet ex cuius
vulnere et idem si pcussit non letaliter ani
mum habuit occidendi. et ex aliorum vulne
ribus pcussus expirauit: panor. in summa.
eo. titu. significasti. el. ij. Et similiter est ir
regularis sz lau. q vulnus alicui intulit nõ
letale. et ille propter imperitiam medici vel
defectum custodie morit. extra. eo. petrus. et
sic sm eũdem si vulnerato ad mortẽ ex no 2
uo ictu mortẽ qs accelerat. ¶ Secundũ. Si
clericus asportantem res ecclesie. pcusserit
nõ letaliter. appet tñ q ille ex pcussiõe illa
fugere non potuit et vñ occisus fuit a prochia
nis sm hosti. tenet. quia pstitit causam ho
micidio. ad hoc eo. ti. de cetero: et ita pmuni
ter transeunt doc. in. d. c. significasti. sz Pa
nor. dubitat quia clericus dabat opam rei
licite. s. pcussioni non letali pro defensiõe re
rum et soluit q tenet quo ad cessationez a
diuinis sz non quo ad penam: et hoc sequit
sum. ros. et male. quia contra seipsam alibi
eum dicat q homicidium casuale non in
ducit irregularitatem. nisi quis teneat de
homicidio. Uñ dico q tenetur si verisimili
ter debuit preuidere q occideret ab alijs si
ipse illuz a fuga impediret. alias nõ. ¶ Ter 3
tium. Multis pcutientibus vnum et occiden
tibus si vulnera singulorum ad mortem nõ
sufficiunt sz omnium simul. omnes tenent
de occiso sm Innocen. in. d. c. significasti: et
facit. xxiij. q. viii. c. vi. et idem sequit barto.
in. l. si. ff. de sicca. ¶ Quartuz. Qui clamat la 4
trones latrones siue aliud agit p quod po
tuit intelligere q inde sequi poterat homi
cidium sm Innocẽ. irregularis est si sequa
tur effectus: nisi faceret propter timorem
sue psone. et idem hosti. addens q secus eẽt
si pro rebus solis clamaret. ¶ Quintũ. Qui 5
ducentibus latronem psulit vt claudant os
irregularis est secundũ Jo. An. si mors sequat
quia dedit consilium. quod verum est si alĩs 6
mors fuisset impedita. non aliter. ¶ Sextũ.
Interrogatus ab aliquo vel aliquibus an
talem viderit indicans: vel si non potest ire
nisi per duas vias dicens per istam nõ iuit.
irregularis est si illi insequentes occidunt.
et ipse debuit scire quod querebatur ad mor
tem: secus si probabiliter credidit eum pro
pter aliam causaz queri sm rod. et gui. dur.
¶ Septimum. Clericus cum socio latro 7
nem se inuadentem capiens et ligans. irre
gularis est si deinde clerico inscio occidit a

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

socio ne fugiat: fm glos. in c. suscepimus de homici. quia fines licite defensionis excessit. ℣ Octauum. Vadens ꝓ aciatũ sup equo q̃ ex petu lancia fractis habentis puerũ occidit: non est irregularis. quia nec voluntarie occidit: nec a casu dando operaz illicite rei. ar. c. dilectus de homici. vbi tamen dicit ber. q̃ est irregularis si frenum de facili frangi potuit. ar. c. significasti el primo e. ti. vel si propter eius imperitiam vel impotentiam equus lasciuit: instit. ad. l. aquil. §. impetu quoq̃ vel si qua debuit fulcere vel facere ꝓ nõ prouidit nec fecit. d. §. impetu quo
